






EXERCITATIONUM ACADEMICARUM

SPECIMEN PRIMUM.

OBSERVATIONES

IN EURIPIDIS MAXIME HIPPOLYTUM.

EXERCITATIONUM ACADEMICARUM

SPECIMEN PRIMUM.

QUOD,

FAVENTE NUMINE,

PRÆSIDE

JOANNE LUZAC,

J. U. D. ET IN ACADEMIA BATAVA LINGUÆ GRÆCÆ ET HIST. PATRIÆ PROFESSORE ORDINARIO,

In Auditorio Litterario *publice defendet*

ABRAHAM BLUSSÉ,

DORDRACO-BATAVUS,

Die 21. *Januarii* MDCCXCII. *Horâ Decimâ.*

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD HENRICUM MOSTERT,

MDCCXCII.

LECTORI S. DEFENDENS.


Cum Litterarum Graecarum ſtudium, quod in Patriâ noſtrâ intermortuum pene videtur, a nonnullis tamen in Academiâ Batavâ juvenibus minime negligatur, ut, quae inde creſcere ſpes poſſet, eam magis magisque foveret atque excitaret, conſtituit Cl. Praeſes in Scriptores Graecos Latinosque Obſervationes *identidem ſic in lucem edere, ut Disputationi Academicae pro more inſerviant, mox, ſi placuerit, in unam Syllogen colligendae: Et, re mecum communicatâ, haud difficulter impetravit, ut harum* Exercitationum

Academicarum *primus periculum facerem, non quod viribus meis aut ingenio confidam, ſed quod benigno de me judicio ac (ſi quae hac in cauſſâ vertitur) Commilitonum meaeque ipſius utilitati dëeſſe noluerim. Quicunque Humanitatis nomen amant, ut inceptum bene cedat, mecum libentes vovebunt. — Vale!*


OB-

OBSERVATIONES

IN EURIPIDIS MAXIME HIPPOLYTUM.



EXERCITATIONUM ACADEMICARUM SPECIMEN PRIMUM.



CAPUT PRIMUM.

Euripidis Hippolytus *ter corrigitur*, *semel Fragmentum ex* Danaë. *Iterum ter Euripidis* Hippolytus *vel tentatur vel emendatur.* Ἀμύνασθαι, in libertatem vindicare. Ἀμύνασθαι βίον & ὀρθῶσαι βίον, *locutiones fere synonymae.* Epistolae Socraticae *e MS. emendatae. Euripidis Fragmentum ex* Amphiarao *correctum. Tentatus locus ex ejusdem* Heraclidis. Ἀμύνη & ἁμίλλη *ob similitudinem litterarum in MSS. commutatae.*

Quemadmodum in latissimo artium ac disciplinarum orbe, quem ἐγκυκλοπαιδείαν dixêre Veteres, nulla est, quae cum vicinis non

A 2 ali-

aliquam habeat cognationem & similitudinem, ita etiam iis Litteris, quae Humanitatis nomine appellantur, illud cum severioris generis cognitione commune est, ut nulla habeant pomoeria, utve, quae habere videantur, ea quaquaversum proferri possint, & post diligentem summorum Virorum operam semper aliquid supersit, quod sedula perficiat posteritas. *Habemus etenim hoc, quicquid est, certe amabile expertis, veteres nobilissimis Graecorum & Romanorum monumentis impressos errores corrigendi, & veritatem quamcumque tandem integrandi exercitium, pro honesto hujus vitae oblectamento, quo si quis scienter utatur, veluti coticulâ ad exacuendam mentem,* " nihil profecto peraget, „ quod infra dignitatem aut utilitatem cujuscun„ que doctrinae subsistere videatur". Hoc, scilicet, similive modo, sententiam absolvisset VALCKENAERIUS, in eleganti illâ *ad Röverum Epistolâ*, (pag. 7.) nisi suspensus abruptusque in medio cursu sermo salibus & lepori, quibus tota illa perfusa est, vim addere visus fuisset. Igitur ipsa illa veritatis indagatio, quae omnis sincerae cognitionis dulce irritamentum est, & lautissimum simul praemium, haud arctioribus terminis in Litteris nostris, quam in aliâ quavis disciplinâ, coercetur. Nec miretur adeo

adeo quisquam, ſi in iis etiam Scriptoribus, quos *Scaligeri* tractarunt aut *Caſauboni*, quos *Gronovii*, *Bentleji*, *Hemſterhuſii*, *Valckenaerii*, *Ruhnkenii*; quique idcirco pro emendatiſſimis laudari poſſint; ſemper ſuperſint nonnulla, in quibus Juniores, ſi non meſſem deſecare, ſpicas ſaltem legere queant. Exemplo ſit HIPPOLYTUS ille EURIPIDEUS, quam ſi quis Tragoediam, a *Valckenaerio* expolitam atque excultam, Coam eſſe dicat Venerem ab Apelle omni ornatu inſtructam, nae is egregii operis dotes, ultra verum, exaggeraſſe a nemine, qui quidem idoneus arbiter fuerit, judicabitur! Et tamen, ſi poſt curas Viri, qualem in Litteris Graecis vix unum aut alterum noſtra tulit aetas, pauciſſimos majorum prodidit felicius ſeculum; ſi igitur poſt curas Viri vere ſummi, LUDOVICI-CASPARI VALCKENAERII; ſi poſt operam *Musgravii*, ſi poſt exactiſſimam peritiſſimi *Brunckii* induſtriam, eſſe adhuc, paucos quidem, ſatis tamen inſignes, in pulcherrimo corpore naevos affirmemus, nihil certe profitebimur, cujus nos fidem hominibus eruditis facturos non ſperemus. Quâ ſi opinione haud fallamur, & huic ſpecimini quaedam nova, neque infeliciter tentata, ineſſe videantur, cogitandum eſt, difficile minus eſſe per viam ab aliis ſtratam

ſcrupulos, ad quos quis offendat, de medio tollere, quam a principio viam munire. Sed dicta rebus ipſis comprobemus, obſervationibus noſtris nonnullas etiam aliorum identidem immiſcentes.

A blemish.

Levis eſt menda, quam inſidere putamus v. 37. talis tamen ut tollenda ſit, eo magis quod id genus vitii tenuitate ſuâ alibi quoque Editorum effugit diligentiam.

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
Ἐνιαυσίαν ἜΚΔΗΜΟΝ αἰνέσας φυγὴν, κ. τ. λ.

Non inſolitum quidem eſt Euripidi uni nomini ſubſtantivo plura addere attributa: ſed credendum tamen eſt minime, in iſtam incidere potuiſſe ταυτολογίαν, ut φυγὴν dixerit ἔκδημον, quaſi vero ulla fuga fuiſſet ἐπιχώριος. Maxime autem iſtud exilium, quo homicidae vel puniebantur, vel culpam leviorem ἀπενιαυτίζοντες expiabant, tale erat, ut, ne propter cauſam quidem ſummae neceſſitatis, ante annum vertentem liceret pedem in patriâ reponere: quae Judicii ἐν Φρεαττοῖ apud Athenienſes fuit ratio, Antiquitatis Graecae interpretibus adhuc parum perſpecta,

ali-

alibi forte latius explicanda. Ergo ipſe Theſeus ἔκδημος erat, non exilium, quod certe intra patriam locum habere haud poterat. Sic eſt v. 281.

Ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.

Corrigamus ergo:

Ἐνιαυσίαν ἜΚ ΗΜΟΣ αἰνέσας φυγήν.

Abſentiâ ſuâ extra patriam & peregrinatione praeſcriptum legis implens, quae civi ſanguine polluto exilii annui poenam irrogabat. Quippe αἰνεῖν φυγὴν ἐνιαυσίαν ἐκδημίᾳ eſt *irrogatum exilium peregre proficiſcendo implere.* Vim iſtam verbi αἰνεῖν nuper pluribus exemplis demonſtravit Cl. FREDERICUS JACOBS, *Animadv. in Eurip. Trag.* Cap. x pag. 29. In hac ipſâ noſtrâ Tragoediâ v. 1319 αἰνεῖν parem propemodum vim habet. Denique *Valckenaerius* liturâ ad oram Exemplaris, quo poſt editum *Hippolytum* ſuperſtes utebatur, eandem medicinam monuit adhibitam fuiſſe ab ELDIKIO v. 99. quam & ipſe quoque fecerat v. 77. Poſteriori loco lectum olim fuerat:

Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται·

Emendavit *Valckenaerius*:

Μέλισσα λειμῶν' ἐαρινὴ διέρχεται·

Priori loco v. nimirum 99 legitur adhuc:

Πῶς ἐν σὺ ΣΕΜΝΗ͂Ν δαίμον' ἐ προσεννέπεις;

Corrigit ELDIKIUS, Vir, si quisquam alius, modo per valetudinem licuisset, his literis ornandis natus:

Πῶς ἐν σὺ ΣΕΜΝΟ͂Σ δαίμον' ἐ προσεννέπεις;

Quid tu, morosus nimium & severus, Venerem Deam nullo cultu, nullis adis precibus? Qua lenissimâ restitutione sententiae multum ponderis accedere, nemo diffitebitur, & optime cum totâ Fabulae oeconomiâ illam conspirare. —— Neque ab istâ emendandi viâ recedit suspicio, qua unam litteram demendam censemus v. 268.

Γύναι γεραιὰ, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶμεν τάσδε ΔΥΣΤΗ͂ΝΟΥΣ τύχας.

Centenis vicibus vocem δύστηνος adhibuit Euripides, vel de personis, vel de rebus, δύστηνοι λόγοι, δύστηνοι ἕδραι, δύστηνος γάμος, nunquam τύχας dixit δυστήνυς· sed saepe in hoc ipso dramate Phaedra est ἡ δύστηνος γυνὴ, vel simpliciter ἡ δύστηνος. Praeferimus igitur:

—— —— ὁρῶμεν τῆσδε ΔΥΣΤΗ͂ΝΟΥ τύχας.

Pari plane ratione in fragm. *Eurip.* ex Danaë (*Stob. Grot.* Tit. 16. pag. 91.)

Ὅστις δόμΟΥΣ μὲν ἥδεται πληρούμενΟΣ,
γαστρὸς δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνΟΝ κακοῖ,

Τὸν-

Τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾷν βρέτη,
Τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.

Duos priores verſus corrigebat *Valckenaerius:*

Ὅςις δόμΟΙΣ μὲν ἥδεται πληρουμένΟΙΣ,
Γαςρὸς δ' ἀφειρῶν σῶμα δύςηνΟΣ κακοῖ,
κ. τ. λ.

Haec ſi leviora quis cenſeat, Critico tamen neutiquam ſunt negligenda; ſed ad manum ſunt alia majoris momenti, mox in medium afferenda. Prius autem puſilla itidem mutatio proponenda eſt v. 142.

Σὺ ΓΑ'Ρ ἔνθεος, ὦ κούρα,
Εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας.

Praeſtaret, niſi fallimur, disjunctim legere:

Σύγ' "ΑΡ' ἔνθεος, ὦ κούρα,

Tu utique furore divinitus immiſſo ageris, o puella!

Unica quoque tantum littera mutanda videtur v. 297. et ex ipſius quidem *Valckenaerii* emendatione, quam orae libri adſcriptam reliquit.

Εἶεν· τί σιγᾷς; ΟΥ'Κ ἐχρῆν σιγᾷν, τέκνον,
Ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
κ. τ. λ.

Qui a ſigmatiſmo non abhorruiſſe Euripidem,

et Comicorum jocis propterea exagitatum, noverit, is facile Viro fummo adfenferit, legenti:

Εἶεν· τί σιγᾷς; ΟΥ' Σ' ἔχρῆν σιγᾷν, τέκνον,
Ἀλλ' ἢ μ' ἐλέγχειν.

Major difficultas eft in loco, quem ut fanum nullâ conjecturâ tentavit Vir κριτικώτατος, nec poft illum *Musgravius*, nec denique *Brunckius*, criticâ in tractandis Poëtis facultate Valckenaerio fuppar; fed vel ipfa fluctuantium interpretum, tum veterum tum recentiorum, varia fententia incommodum aliquem fcrupulum, a perfpicuitate Euripidéâ alienum, huic ῥήσει inhaerentem demonftrat. Verba Tragici, uti nunc leguntur, haec funt v. 426.

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἉΜΙΛΛΆΣΘΑΙ βίῳ,
Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ.

„ Interpretes recentiores, inquit *Valckenaerius*, mentem mihi videntur Euripidis expresfiffe, quos inter eminens *Grotius* in *Stobaeo* „ p. 364

„ *Unum fed ajunt effe par vitae bonum,*
„ *Cum rectus animus nil fibi confcit mali.*

„ Egregie quoque *R. P. Brumoy. On a rai-*
„ *fon*

„ *ſon de le dire: L'honneur ſolide & fondé ſur* „ *la vertu eſt plus précieux que la vie*". Eundem locum tractavit Vir inter Gallos eleganti doctrinâ inſignis & Academiae Litterarum Regiae Pariſinae ab Actis, Cl. DUPUY, cujus extant *Remarques critiques ſur le Texte & ſur quelques Traductions de l'Hippolyte, Tragédie d'Euripide*, Tomo XLI. *Monum. Acad. Reg. Inſcr.* Haec illius ſunt verba. " *L'ex-* „ *preſſion* ἁμιλλᾶσθαι βίῳ *eſt ſuſceptible de dif-* „ *férents ſens, qui ont partagé les Scholiaſtes,* „ *quoiqu'aucun d'eux n'ait adopté poſitivement* „ *celui du P. Brumoy. L'un d'eux a bien* „ *rendu cette expreſſion par ces mots,* νικᾷ τὸν „ βίον, vincit, ſuperat vitam; *mais il a en-* „ *tendu, que la vertu ne périt pas avec la* „ *vie, qu'elle ſubſiſte après elle, qu'elle eſt* „ *même immortelle. C'eſt le ſens, que le* „ P. Carmeli *a ſuivi dans ſa verſion:*

„ — — or queſto ſol dicon che rende
„ Queſta vita immortal, qualora l'uomo
„ Ha la mente e i penſier giuſti ed oneſti."

Nihil definit Cl. DUPUY: at vero, ut ἁμιλλᾶσθαι τῷ βίῳ ſit *cum vitae duratione contendere*, aut *ipſam vitam immortalem reddere*, hanc quidem interpretandi viam nemo ingrediatur, niſi

nisi qui aliam ex salebrâ evadendi rationem non inveniat. Idemque (quid enim dissimularemus?)- idem fere dicendum de explicatione Grotianâ & Brumoeanâ, quam probavit *Valckenaerius*. In hanc scilicet illa redit sententiam. *Unum id dicunt cum ipsâ vitâ comparandum esse, animum scilicet justum & bonum, si cui adsit, ita ut vita cum mente, quae mali sibi sit conscia, pro vitâ haberi non possit.* Acuta, fatemur, ratio; sed, ut vera sit, veremur; nec putamus ἁμιλλᾶσθαι vel ἐρίζειν βίῳ Aeschylo, Pindaro, Lycophroni, multo minus Euripidi, saltem extra chorum, semper perspicuo, nunquam affectatâ breviloquentiâ obscuro, significare potuisse *ipsi vitae bono comparandum* vel *aequiparandum esse.* Igitur vitium adesse suspicamur *Joanne Stobaeo* antiquius, non autem *Horatio*, qui, nisi omnino fallimur, hoc ipsum Euripidis effatum, sed sine mendâ tum scriptum, ob oculos habuit, cum ad Maecenatem diceret:

— — *Hic murus aëneus esto,*
Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.

Graece dicas.

Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' 'ΑΜΥ'ΝΑΣΘΑΙ βίῳ,
Γνώμην δίκαιαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ.

Hoc

Hoc unum aiunt vitae esse praesidium & tutamen, si cui adsit animus justus & aequi rectique amans. Ἀμύνασθαι πάτριδι, περὶ πάτρης, ὑπὲρ πάτριδος, *patriam defendere & tueri*, ex Homero aliisque sunt notissima: sed, uti & *vindicare* apud Latinos, ἀμύνασθαι praecipue pertinet ad *vindicandam libertatem*; atque ita, cum patris matrisve infamiam servile onus esse, gravemque liberis incumbere, dixisset Euripides, δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κ. τ. λ. eleganter verbo δουλοῦν opponit contrarium ἀμύνασθαι, *libertatem conscientiâ recte factorum asseri, & ingenuam mentem se ipsam a tyrannide facile vindicare.* Simili sententiâ alibi Noster ait, *honestos natales optimam esse liberis haereditatem, quâ se ab injuriis fortunae vindicent*; atque in illa ῥήσει pariter verbo ἀμύνεσθαι utitur, Heraclid. v. 303.

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν· ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ
Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ἡ 'ὐγένει' ἈΜΥΝΕΤΑΙ
Τῆς δυσγενείας μᾶλλον. ———

Commune scilicet hoc dictum, de quo agimus, Tragico nostro, ut plura, videtur fuisse cum

Scho-

Scholâ Socraticâ: Nam, quae ſub Socraticorum nomine feruntur, Epiſtolae ſub falſis quidem perſonis confictae, non tamen ab eorum aut Philoſophiâ alienae aut aevo longe remotae videntur. Haec vero Socrati tribuuntur Ep. I. pag. 9. καταπεσὼν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος [Βελλεροφόντης] αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως τὸν λοιπὸν ἔζη βίον, διὰ τοὺς ἐφυβρίζοντας ἐν τοῖς ἄστεσι ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἐπεξεληλυθὼς, καὶ τὰς βάσεις ἀπολωλεκὼς, οὐχ ἅπερ ἡμεῖς οἰόμεθα λέγειν, ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν, ἐφ' ἧς ὀρθοῦται ὁ ἑκάστου βίος: ubi legendum eſt τὰς βάσεις, — οὐχ ὥσπερ, jubente tum conſtructione, tum Codice MSto Helmſtadienſi, cujus a Reiskio olim inſtituta, a Valckenaerio deſcripta, penes nos eſt Collatio. Jam autem, uti perſonato Socrati ὁ ἑκάστου βίος ὀρθοῦται ἐπὶ παῤῥησίας, ſic γνώμη δικαία, comes παῤῥησίας aut illius potius βάσις, apud Euripidem βίῳ ἀμύνεται. Idem enim eſt ἀμύνεσθαι βίῳ & ὀρθοῦν βίον, ἀμύνεσθαι περὶ πόλεως & ὀρθοῦν πόλιν. *Soph.* Oed. Tyr. v. 39.

—— ἀλλὰ προσθήκῃ Θεοῦ
Λέγῃ νομίζῃ θ' ἡμῖν ὀρθῶσαι βίον.

de Oedipode dictum, qui, interfectâ Sphinge, Thebanis *vitam ſervarat*, ſalutemque reſtituerat. Elegantiſſimi Scolii, quod ab Athenienſibus in honorem Palladis Arcitenentis caeterorumque

Deo-

Deorum ſolemnibus conviviis cantatum fuiſſe putamus, quodque ſervavit *Athenaeus* Lib. xv. pag. 694. initium eſt.

Παλλὰς Τριτογένεια, ἄνασσα Ἀθηνᾶ,
Ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας,
Ἄτερ ἀλγέων τε καὶ στάσεων,
Καὶ θανάτων ἀώρων,
Σύ τε καὶ πατήρ.

De Socrate, cive optimo, & in pugnâ ad Delium egregie rem gerente, Laches, cui Praetori fidus adhaeſerat, dum caeteri fugerent, in cognomine Dialogo apud *Platonem* Tomo II. Opp. p. 181. B. ὡς ἐγὼ καὶ ἄλλοθί γε αὐτὸν ἐθεασάμην οὐ μόνον τὸν πατέρα ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα· ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ συνανεχώρει. κἀγὼ σοὶ λέγω, ὅτι, εἰ ἄλλοι ἤθελον τοιοῦτοι εἶναι, ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τὸ τοιοῦτον πτῶμα. Ex quibus verbis tranſlatae locutionis ratio facile apparet. *Euripidis* Fragmentum eſt ex Amphiarao ap. *Stob.* (Geſn.) Tit. VIII. pag. 97. 23.

Οὐδ' ἡδὺς αἰὼν, ἡ κακή τ' ἀνανδρία,
Οὔτ' οἶκον, οὔτε πόλιν ὀρθώσειεν ἄν.

Senſus jambico conſtat, non menſura. *Grotius* igitur (*Stob.* pag. 52.) *Barneſium* pro more ſequacem habens, voculam adjecit.

Οὔτ'

Οὔτ' οἶκον, οὔτε πόλιν ἂν ὀρθώσειεν εὖ.

At vero εὖ ὀρθοῦν οἶκον pleonasmus eſt nequaquam Euripidéus, nec κακῶς ὀρθοῦν quisquam dixerit. *Joannes Pierſonus* refingebat.

Οὔτ' οἶκον, οὔτε βίοτον ὀρθώσειεν ἄν,

auctorem, ut veri ſimile eſt, habens ipſum Tragicum in Fragmento Erechthei apud *Stob.* Tit. XXIX.

Ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία
Οὔτ' οἶκον, οὔτε βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ.

Quid vetat, ſecundum Seclion quod modo laudabamus, legiſſe?

Οὔτ' οἶκον, οὐ πολίτας ὀρθώσειεν ἄν.


Quae ultima conjunctio, in fine verſus & clauſulae Euripidi valde familiaris, commode in mentem revocat, quod pene elapſum fuerat, in loco Heraclidarum, quem ſupra exſcripſimus, dubium videri, anne praeſtet,

——— ——— οὐκ ἐπῄνεσ' ἄν·

Non laudaverim, qui voluptatis cauſſâ turpes liberis relinquat natales. — Sed haec quidem longius ab inſtituto deflectunt. Magis ad rem pertinet animadvertiſſe, quod a nemine dum obſervatum meminimus, *Libanium* noſtram

ex

ex Hippolyto sententiam, nullâ tamen Tragici mentione factâ, in animo habuisse, cum de natalibus ipse suis agens in Libello *de vitâ suâ* Tom. I. pag. 3. in f. (pag. 4. nuperae Ed. Reisk.) εἰ δὴ (inquit) καλὸν τὸ σὺν παῤῥησίᾳ ζῆν, ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ τὰ αὐτῷ τινι βεβιωμένα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ 'κείνοις ἐξ ὧν ἔφυ. Nimirum τὸ παῤῥησίαν ποιεῖν, id est, quod Euripides ajebat, ἀμύνασθαι τῷ βίῳ. Denique, si ad confirmandam emendationem aliquid facit vel litterarum similitudo, vel ejusdem erroris alibi exemplum, vide quantillum ductibus majusculis distent ʼΑΜΙΛΛΑ͂ΣΘΑΙ et ʼΑΜΥ΄ΝΑΣΘΑΙ, *Ruhnkenium*que adeas, V. Cl. ad *Timaei* Lex. Plat. v. ἄμυνα (alt. Ed. pag. 26.) ubi ex Cod. Paris. confirmat conjecturam viri docti, apud *Alciphr.* Lib. III. Ep. 46. legentis τῆς ἁμίλλης προχωρούσης, pro eo quod erat, τῆς ἀμύνης.





CAPUT SECUNDUM.

Euripidis Hippolytus *conjecturâ tentatus; bis emendatus.* Ὡς *pro* ſimul ac *rarius quidem, ſed Tragicis non uno loco reſtituendum. Euripidis notiſſimus e* Bacchis *locus correctus. Inter* Bacchas Euripidis *&* Semelen Carcini *frequens convenientia. Fragmentum* Carcini *emendatum. Euripides ex disciplinâ Socraticâ ſaepius explicandus. Correctum Euripidis Fragmentum ex* Antiopâ. Τὰ φίλα, voluptatis illecebrae, gaudia Veneris. *Platonica ſententia de animo in duas vel tres partes tributo.* Ψυχὴ, pars animi rationis expers, & quae vel irâ vel cupidine regitur. Ψυχικοὶ *&* πνευματικοὶ *pariter in* N. F. *opponuntur inter ſe.* Πνεῦμα *recentioribus Philoſophis idem quod Platoni aliisque veteribus* νοῦς *vel* γνώμη. Εὖ φρονεῖν, re-

recte sapere. Ψυχὴ actus animi, quo desiderat, amat, irascitur. Ψυχὴ & τύχη *inter se confusae voces. H. Stephani emendatio in* Xenophonte *confirmata. Oratio inter* Demostheneás *emendata. Fragmentum* Democriti *apud Stobaeum a* Grotio *tentatum.*

H*ippolyti* Euripidéi v. 672 est.

Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς
Γυναικῶν πότμοι, τίνα νῦν ἢ
Τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγον
Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν ΛΟΓΟΥ;

Quid λόγος est vel λόγοι, uti edidit Brunckius, quibus debeat solvi κάθαμμα λόγου; quid porro κάθαμμα λόγου; an *aenigmatis nodus* aliquis? sed de morbo Phaedrae, non de occulto & implicito sermone agebatur. Quam ingrata porro vocis λόγος in tantillo spatio geminatae repetitio? Idcirco jure meritoque Cl. *Brunckius* suspicabatur, aliud quid pro λόγου Poëtam scripsisse. Dum certi quid definiatur, legamus:

— — — τίνα νῦν ἢ
Τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγον
Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν ΝΟΣΟΥ;

Passim in hoc Dramate fatalis Phaedrae amor

νόσος vocatur v. 479. Φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου. v. 730. τῆς νόσου δὲ τῆσδε μοι Κοινῆ μετασχών, ubi Phaedra non tam amorem suum quam famae vitaeque, in quod inciderat, periculum νόσον vocat. v. 698. Τῆς νόσου δὲ σοι ζητοῦσα φάρμακ' εὗρον οὐχ ἃ 'βουλόμην. Quod ibi εὑρεῖν φάρμακον νόσου, illud h. l. est κάθαμμα λῦσαι νόσου. Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν νόσου, *quum irritus nobis ceciderit conatus, ut te vinculo nodoque hujus morbi, quo illaqueata teneris, liberaremus.*

V. 685. male sedulâ Nutricis amicitiâ se jam periisse intelligens, Phaedra vehementi in illam, sed naturae optime convenienti, sermone invehitur, exprobratque, contra sua ipsius mandata temere egisse corruptricem vetulam.

Οὐκ εἶπον, ΟΥ' σῆς προὐνοησάμην φρενός,
Σιγᾷν, ἐφ' οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;

jungenda esse οὐκ εἶπον & sequens σιγᾷν observavit Cl. Valckenaer. Anne igitur intermedia, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενός; *nonne tuum praesensi animum*, velut posita sunt in parenthesi? Id putet, cui turbatus iste verborum ordo & abrupta oratio irâ commotam aestuantemque mulierem haud dedecere videatur: Neque tamen illud nobis persuaderi facile patiemur, qui sciamus

mus, Euripidi morem non esse in talibus artem collocare. Igitur lenis medela pro probabili h. l. haberi possit.

Οὐκ εἶπον, ὩΣ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,
Σιγᾷν;

Nonne, simulac praesensi, quid tibi esset animi, simulac intellexi consilium, quod mente agitares, praecepi, ut sileres ea, quorum causâ nunc infamiâ premor? Dixerat nempe v. 520. Μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ, & antea vetulam obtestata fuerat Phaedra, καὶ μή γε, πρὸς θεῶν, —— πέρα προβῇς τῶνδε. Particulam istam ὡς pro *statim ac*, *simul atque*, Librarii aliquoties in Tragicis Graecis corruperunt & aboleverunt, quia scilicet rarior ejus in Scenâ Atticâ fuit usus, uti demonstravit Cl. *Valcken.* ad Phoen. v. 1437. Ibidem est v. 709. Ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών. Notissima Theocritéa: Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, *ut vidi*, *ut perii.* conf. cl. *Lennepii* Animadv. ad Coluth. L. II. c. 10. Doct. *Hogeveen.* Doctr. Part. Cap. XXIV. Sect. 2. §. 1.

Id vero, quod dicebamus, intempestivâ nonnullorum libidine, conjunctionem ὡς, ubi valet ἅμα καὶ, aliquoties periisse, altero exemplo in hac eâdem Hippolyti Tragoediâ probari posse

 opi-

opinamur. V. 1392 divinum dilectae sibi Deae odorem sensu percipiens, infelicissimus juvenis ex ambrosio isto halitu, quem illa spirabat, Dianam adesse intelligit, cum interim, oculis, alliso ad rupes capite, effusis, eam cernere non posset.

Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
ὬΝ ἠσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην δέμας.
Ἔστ' ἐν τόποισι τοῖσδε γ' Ἄρτεμις θεά.

Praestaret certe, ni fallimur,

Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
ὩΣ ἠσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην δέμας.

ô divinus odoris halitus! divinus profecto, nam, hisce adflictus malis, simul te sensi, & languido corpore levatus sum. Minus antiqua lectio nos offenderet, nisi participium ὢν a praecedentibus avulsum, atque initio Senarii positum, a Scenâ Atticâ, a rotunditate praesertim Euripidéa abhorrere videretur. Illam tueatur forte quisquam Fragmento ex Tragoediâ Inûs (apud Stobaeum *Gesn.* p. 500. 29. *Grot.* p. 363.)

— — καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν,
Ἐλευθέροισιν ἐκπεπαίδευμαι τρόποις.

Sed, qua olim adolescentes legebamus,

— — κἂν γὰρ ἐν κακοῖσιν ὦ,

eam

eam conjecturam commendare visum fuit *Valckenaerio* Diatrib. Eurip. p. 175.

Est praeterea alius locus eodem vitio corruptus, quod, etsi virorum solertissimorum, *Brunckii* et *Musgravii*, effugit diligentiam, tam manifestum tamen est, ut semel indicatum protinus expellendum omnes arbitraturi sint. Eximia ῥῆσις est in *Bacchis* a v. 262 ad v. 323. quae, uti eâdem cogitandi viâ plus semel insistere solet Euripides, eundemque opinionum, ut sic dicam, colorem variis in Dramatibus agnoscas, ita etiam plura similia habet cum iis, quae in Hippolyto tractantur. Quae v. 263 — 267. dicuntur in eos, quibus εὔτροχος γλῶσσα, ἀλλ' οὐκ ἔνεισι φρένες, quique κακὸν πολίταις γίνονται, illa in odiosam Demagogorum nationem haud obscure collineata non possunt, quin in mentem revocent modesti Hippolyti sermonem ad Patrem v. 986—989. pariterque, quem in Hippolyto docuerat locum Philosophicum, ὅτι οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, eundem edisserit in Bacchis a v. 310—314. Priori loco est v. 79—81.

Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεὶ·
Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.

In *Bacchis* eſt:

> Οὐχ ὁ Διόνυσος ἀφρονεῖν ἀναγκάσει
> Γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
> Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάντ' ἀεί.
> Τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν ΒακχεύμασιΝ
> ΟΥ'Σ', ἥγε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.

Primo verſu Brunckianam ſecuti ſumus lectionem, neque tamen referre putamus, ſi quis malit Musgravianam, — μὴ φρονεῖν ἀναγκάσει. Priſtina lectio metrum violabat, Atticismum Grotiana, — Οὐχ ὁ Διονῦς μὴ σωφρονεῖν. Grotius enim duos poſtremos tribus prioribus, quos ſelegerat in Florilegio *Stobaeus* Tit. v, addidit, (*Stob. Grot.* pag. 37.) Sed miramur ultimum verſum nemini fuiſſe ſuſpectum: Tum enim participium οὖσα in principio Senarii; tum ἥγε σώφρων οὖσα, uſusque verbi ſubſtantivi ſemper languidus; tum denique tota loci conſtructio impedita; ἥγε σώφρων pro *toto modeſtarum mulierum genere*; — illa omnia habent, neſcio quid, quod non eſt Euripidéum. — Abſtrahamus a voce Βακχεύμασι iſtud Ν ἐφελκυστικὸν, jungamusque cum initio Senarii ſequentis; mutemus accentum articuli ἥγε; unam vel mutemus vel addamus litteram; & exibit haud paulo melior ſententia.

— καὶ

— — καὶ γὰρ ἐν Βακχεύμασι
ΝΟΥ͂Σ, ΗʹΝΓΕ (vel ΕʹΙΓΕ) σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.

Nam & in mediis Bacchi ſacris mens, dummodo recta & a naturâ (ἐν τῇ φύσει) *virtutis amans, non corrumpetur;* ſive, ut Senarium reddamus Senario,

—— *Namque & in Bacchi orgiis*
Mens, recta dum ſit, labe non foedabitur.

Ita locum correxeramus plures annos, antequam incideremus in *Suidam* v. Ἀρίστιππος, ubi elegantiſſimus Socraticorum, cum nimias agere delicias Platoni, muliebrem ſtolam Philoſopho exprobranti, videretur, vindicaſſe ſe fertur dicto Euripidéo:

— — καὶ γὰρ ἐν Βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς, ὁ σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.

Fatemur apud *Diogenem Laërtium* Lib. II. Segm. 78. ubi idem Ariſtippi reſponſum refertur, verſum Euripidéum legi, uti nunc exſtat in editis; verum quis neſcit a Librariis & Editoribus loca, quae laudaverant priores, reficta fuiſſe ad lectionem, quae eorum aetate Codices occupaverat? Neque tamen, quod diſſimulare noſtrum non eſt, aut *Caſaubonus* ad Laërtium, aut *Kuſterus* ad Suidam, aut *Mus-*

gravius ad Bacchas, vulgata Euripidis verba ex Suidâ emendanda esse senserunt: Quo illorum silentio tantum abest, ut moveamur, ut potius illam confirmari putemus Fragmento *Carcini*, quod est apud *Harpocr.* v. Καρκίνος, mendâ tamen inquinatum etiam, quam hac eâdem operâ, quoniam abs re alienum non est, abstergemus. Sic jam circumfertur.

ΟΥ' ' ΚΕΙ̃ΝΟΣ ἐξέστησε, τὰς γὰρ ἐμφύτους
'Ορθῶς παγεῖσας φρένας
Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Blancardus haud ineptam dat interpretationem his verbis.

Non ille perculit, nam cui mens insita
Recte sciteque fuerit composita,
Hunc nulla ciet ad peccandum occasio.

Grotius (*Exc. ex Trag.* pag. 451.) secundum versum claudicare & a trimetro perfecto procul abesse animadvertens, *juvando versui & sensui*, ut inquit, addidit vocem νουθετήμασι, correxitque ἐμφύτοις.

Οὐ κεῖνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτοις
'Ορθῶς παγείσας νουθετήμασι φρένας
Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Mutatus ille non erit, namque insitis

Ani-

Animo institutis stabile fundatam indolem
Ad prava agenda nulla trahet occasio.

At vero hac quidem interpolatione Vir immortalis, dum aliud ageret, Euripidis sententiam, quam illius imitator exprimebat Carcinus, e Scholâ Socraticâ petitam, funditus pessumdabat. Verosimile enim esse, Carcinum, sive hic Atheniensis fuerit, sive alter Agrigentinus, Euripidis dictum ob oculos habuisse, paulo post videbimus. Ex Socraticorum autem disciplinâ persuaserat sibi Anaxagorae discipulus, quod modo dicebamus, ὅτι οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστι, seu potius, ut in fine Dialogi dicitur, qui primus est inter Dialogos *Aeschini Socratico* tributos, γίγνεσθαι τοὺς ἀγαθοὺς ἐπιπνοίᾳ τινι ἐκ τῶν Θεῶν. Rationem addit Philosophus, quam, si quae umquam, haec certe, quam vivimus, aetas planissime comprobavit: καὶ γὰρ ὅταν βούληται Θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ Θεός. —— Sed de istâ quidem verissimâ sententiâ jam non agimus. Illud observasse ad rem nostram magis faciet, si vel φύσει vel ἐπιπνοίᾳ ἐκ τῶν Θεῶν viris bonis in Republicâ, aut in universum cuique menti ingenuae ac vere nobili fortique, virtus innascatur, nul-

nullum locum esse νουθετήμασι, quae satis ex arbitrio Grotius Carcino supposuit, cum praeterea νουθετήματα an ἔμφυτα esse possint, nobis quidem obscurum est. *Henr. Valesius*, Notis ad Harpocr. pag. 103, Senarium complere desperans, satis habuit interjecto μὲν dimetrum jambicum facere. Praeterea cum in vocibus — οὐ κεῖνος ἐξέστησε vitium facile odoraretur, litterulam addidit initio:

ΝΟΥ͂ κεῖνος ἐξέστησε. τὰς γὰρ ἐμφύτους
'Ορθῶς παγείσας μὲν φρένας
Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Emendationi Valesianae acquievit *Jo. Taylor* Fragm. Lys. pag. 646. Valckenaerius, cujus penes nos est Harpocration Blancardi, adnotatiunculis quantivis pretii, ad oram libri adscriptis, dives, — vir summus, inquam, istud νοῦ probavit; verum pro aor. primo activae potestatis posuit praeteritum potestatis neutro-passivae, νοῦ 'κεῖνος ἐξέστηκεν: & certe Taylorus, cum vertit, *mente ille exturbatus est*, idem voluisse debuit. Praeterea, voce tantum transpositâ, secundum versum Valckenaerius effingebat in dimetrum catalectum: Denique addebat ad Harpocrationem suum, videri sibi Carcinum in isto Fragmento de Oreste esse locutum ob ea,

quae

quae habentur apud Suidam v. Καρκίνου ποιήματα. —— Quae Fragmenti fuerit sedes, paucis investigasse, ad confirmandam conjecturam nostram proderit. *Athenaeus* Lib. XIII. pag. 559. F. Καρκῖνος δ' ὁ Τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ, ὦ νύκτες, φησὶ,

Ὦ Ζεῦ τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
Ἀρκοῦν γ' ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.

Quo in Fragmento, si sine nomine Tragici inveniretur, genuinum τοῦ μισογύνου nostri colorem nos agnoscere putaremus. Si Semeles auctor Atheniensis fuit Carcinus, idem ille quem *Aristophanes* saepius lusit, (*Nub.* v. 1264. *Pace* v. 782. seqq. ubi Schol.) quod arbitrabatur *Bentlejus* Resp. ad Boyleum p. 128. Ed. Lennep. aequalem aetate habuit Euripidem, talem tamen aequalem, a quo, ut inter Tragicos primario, ea interdum hausit, quibus hortos irrigaret suos. Neque tantum Euripidis exemplo mulieres salibus adspersisse, sed & in *Semele* illa identidem videtur protulisse, quae *Bacchas* suas dicentes fecerat Euripides, aut saltem plura in utroque Dramate communia fuerunt: Et quod in Bacchis Tiresias:

Οὐχ ὁ Διόνυσος ἀφρονεῖν ἀναγκάσει
Γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει

Τὸ

Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάνθ' ἀεί.
—— —— καὶ γὰρ ἐν Βακχεύμασι
Νοῦς, ἤν γε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.

Idem illud Carcinus ſub perſonâ Tragicâ in Semele.

ΟΥ̓Κ ΟἾΝΟΣ ἐξέστησε, τὰς γὰρ ἐμφύτους
Ὀρθῶς παγείσας . . . . φρένας
Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Non Bacchus illas mente dejicit ſuâ;
Infixa nam queis recta mens eſt firmiter,
Ut prava patrent, nulla fert occaſio.

Qui olim eodem in Fragmento legendum conjecerat, οὐ νεῖκος, Cl. Ruhnkenius hanc noſtram conjecturam repudiandam eſſe non putavit. Paucis igitur eam confirmemus. —— De Bacchantibus, quae mediis in Orgiis, ἐν Βακχεύμασι, indole modo ſint caſtâ & incorruptâ, pudicitiam ſuam tuebuntur, ſermo fuiſſe videtur; atque adeo, cum dimetrum nec catalectum nec integrum inter trimetros medium lubens admitterem, Euripidéam ῥῆσιν comparanti facile fuiſſet ſupplere,

Ὀρθῶς παγείσας ὀργιαζουσῶν φρένας.

Sed illud eſt hariolari. Quod vero Euripides, οὐχ

Οὐχ ὁ Διόνυσος ἀφρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας, id Carcinus: Οὐκ οἶνος ἐξέστησεν. *Non ſolet vinum illas ſolidâ mente quatere; non eam vim habet Bacchus, ut in ſacris ſuis, tanquam furibundas, agat praecipites ad libidinem, dummodo generoſo ſemel incoctum ſit pectus honeſto.* Scilicet, ut *Amphis* Comicus apud Athenaeum Lib. II. pag. 44. A.

Ἐνῆν ἄρ' ὡς ἔοικε κᾀν οἴνῳ λόγος·

et ut Auctor Epigrammatis (*Anth. Lat.* Lib. I. Ep. 17.) de Apolline & Baccho.

Ambo de comis calorem & ambo radios conferunt
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

Idcirco, ſi quae foemina, dum ſacris operaretur, atque (uti factum eſt olim, nec hodie ſine exemplo) libidini Religionem, crimini Numen praetexens, (Εἰς Ζῆν' ἀναφέρουσ' ἁμαρτίαν λέχους) voluptatibus indulgeret, nulla haec Dei erat culpa, ſed quod *vaderet animus in praeceps ſciens.* Quam Euripidea Medea, Ovidianae exemplar, *Med.* v. 1078. quam Phaedra noſtra v. 380.

Τὰ

Τὰ χρήσ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
Οὐκ ἐκπονοῦμεν δέ·

quam Laius denique in Chryſippo (vid. *Diatr. Eurip*. Cap. III. pag. 21.)

Γνώμην ἔχοντα γ' ἡ φύσις βιάζεται κ. τ. λ.
Ὅταν τις εἰδῇ τ' ἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

illam, inquam, ſententiam Tragicus ſub Zethi aliusve perſonâ eleganter variavit in *Antiopâ*. Locum adſcribemus, uti legitur a *Stobaeo* ſervatus Tit. xxx. (*Geſn*. pag. 210. *Grot*. pag. 134.)

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
Γνώμῃ φρονοῦντες, ΟΥ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
Ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Sic ſcriptum adhibuit *Valckenaerius* ad dictum Hippolyti locum pag. 205. I. A. neque vitium ſuſpicati ſunt aut *Heathius* ad Fragm. Eurip. p. 165. I. aut *Musgravius* in iisdem Fragm. pag. 548. I. quorum hic interpretatur: *Multi mortalium hoc vitii habent, ut, quamvis mente ſapiant, nolint tamen obſequi animo ſuo, ut plurimum ab amicis victi*: Heathius; *Intellectu ſapientes animae morem gerere minime volunt, ab amicis plerumque coacti*; quae an intellectu facilia ſint, aut, ſi ſint, an etiam

vera, penes idoneos arbitros esto judicium: Aliqua parte felicius *Grotius*:

Commune multis hoc malum mortalibus,
Ut mente sapiant, obsequantur nec tamen
Animo, cupitis gaudiis obnoxio:

eâ parte melius Heathio & Musgravio Grotius; quod *νικᾶσθαι πρὸς φίλων* viderit esse *vinci* vel *superari a cupitis gaudiis*, non autem *vinci* aut *cogi ab amicis*. Scilicet *τὰ φίλα* sunt *voluptates animo gratae*; *illecebrae*, *quae dulcedine suâ mentem trahunt*; *gaudia* praesertim *Veneris*. Euripides in Fragmento *Cercyonis*, servato ab *Eustath.* ad Hom. Il. φ. pag. 1902. 2. Ed. Rom. (pag. 749. 7. Ed. Bas.) quodque tractavit *Valcken.* Diatr. Eurip. pag. 12. C.

Πλήσας δὲ νηδὺν, οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
Φίλοις ἔδειξεν αὐτόν·

illecebris & *voluptate* infusi κύματος θεοσπόρου. At vero, quod neque Grotius animadvertit, nec illi quos memoravimus Euripidis interpretes, ψυχὴ in isto ex Antiopâ loco minime est animi pars rationalis, eademque idcirco cum γνώμῃ vel cum τῷ νόῳ, cui ut obediat *pars mollior* ac *rationis expers* videre sapientis est; sed contra ψυχὴ τῇ γνώμῃ opponitur. *Est enim*

 ani-

animus in partes tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. CICERONIS dictum est *Tusc. Quaest.* Lib. II. Cap. 20. ubi Platonicam latius explicat sententiam, quam indicaverat Lib. I. Cap. 20. *Ejus doctor Plato triplicem finxit animum, cujus principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce, posuit. Et duas partes ei parere voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.* Haec Platonis Philosophia de duplici animi parte, quarum priorem, τὸ λογικὸν μέρος, in cerebro, velut in arce fabricae humanae, sedem suam habere opinabatur; altera, τὸ ἄλογον μέρος, obnoxia sensibus corporis & hujus velluti vinculis implicata, in duas iterum portiones tribuebatur, τὸ θυμικὸν & τὸ ἐπιθυμητικὸν, — τὸ θυμικὸν in corde praecipue collocatum, quo anima irascitur & excandescit; -- τὸ ἐπιθυμητικὸν seu eam partem, quae concupiscit & variis fertur desideriis, quamque in jecore vim suam potissimum exercere Veteres credebant; — haec, inquam, Platonis Philosophia, quam ille, ut plura alia, ex Pythagorae disciplinâ aut Aegyptiorum etiam placitis hausisse videtur, nos quidem nunc non detinebit: [alias forte de illâ agendi locus erit, cum nonnullas praeterea ex hoc eodem fonte derivatas vel emendationes vel conjecturas

ras proponemus. Praeter *Alcinoum* ſeu potius *Albinum* (vid. amiciſſimi noſtri *Ruhnkenii* Diſſ. de Longino §. 7.) Introd. in Doctr. Plat. Cap. 23 & 24. *Maximum Tyrium*, *Hierocle*m, caeterosve, quos ad Ciceronem memorare non neglexit *Daviſius*, eam ſententiam ante Platonem expoſuit *Timaeus Locrus* de Animâ Mundi pag. 556. ſeq. Ed. Gal. quicum jungendi *Theages* Stobaei pag. 10. ſeq. *Metopus* ejusdem pag. 7. *Plutarch.* Plat. Quaeſt. Tom. II. pag. 1007. ſeq. ne *Cudworthum*, *Moshemium*, aliosve recentiores rei Philoſophicae ſcriptores in medium proferamus. Quod hic autem praecipue volumus, diſcrimen eſt inter γνώμην ſive νοῦν & ψυχήν. Fatemur, non tam accurate ſemper locutos Veteres, ne Philoſophos quidem, ut non ſaepius ψυχὴ illis *totus* ſit *animus*, tam μέρος λογικὸν καὶ νοερὸν quam τὸ ἄλογον καὶ ἄφρον, & contra ὁ νοῦς praeter partem rationalem τὸ θυμικὸν & τὸ ἐπιθυμητικὸν etiam aliquando complectatur: ſed tamen, cum de pugnâ ſermo eſt rationem inter, quae meliora probet, & affectum, qui deteriora ſuadet, Graeci illam dixerunt τὴν γνώμην, τὸν νοῦν, τὴν φρόνησιν, denique τὸν λόγον, hunc autem (τὸ πάθος vel τὸ παθητικὸν ſcilicet) nomine ψυχῆς deſignarunt; pariterque juniores Graecorum

 Phi-

Philoſophi τὸ πνεῦμα & τὴν ψυχὴν diſtinxerunt, loquendi morem magis ſecuti, quem a Chriſtianis acceperant, quam antiquum diſciplinae Platonicae uſum; nam Porphyrium aliosque, ex Scholâ Alexandrinâ poſt Ammonium Saccam profectos, multa barbarae ſuae, quam *Pythagoréo-Platonicam* dicebant, Philoſophiae ex placitis novae puriorisque Religionis admiscuisſe, non eſt quod moneamus. Τὴν ψυχὴν *Paulus* aliique Scriptores ſacri perpetuo opponunt τῷ πνεύματι, & ἄνθρωπον ψυχικὸν τῷ πνευματικῷ. Τὸ πνεῦμα *pars* illis eſt *mentis nobilior*, *quae*, *a voluptatibus corporis ſejuncta*, *Deum & coeleſtia cogitat*; ψυχὴ *pars animi vitiata*, *quae ſenſibus corporis obtemperat*, *& cum iis veluti connexa eſt vinculisque irae & cupidinis impedita.* Loca, etſi cuique forte ſunt in promtu, exſtant I. *Ep. ad Cor.* II. 14. I *Theſſ.* V. 23. *Hebr.* IV. 12. Ep. *Jacobi* III. 15. *Judae* 19. ad quae praeter laudatos a *Daviſio* ad Cic. Tuſc. pag. 22. *Grotius* aliique ſymbolam ſuam contulerunt. Igitur, his obſervatis, viam munivisſe nos credimus ad emendationem noſtram, qua in Fragmento Antiopes, unâ tantum litterâ mutatâ, legimus:

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακὸν,

Τνώ-

Γνώμῃ φρονοῦντες ΕΥ῀, θέλουσ' ὑπηρετεῖν
Ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Mortalium multi hoc pati ſolent malum,
Mens recta ſentit, & tamen libidini
Vult obſequi, cedens voluptatis jugo.

vel, ut Grotianam interpretationem ſervemus, unâ conjunctione mutatâ:

Commune multis hoc malum mortalibus,
Ut mente ſapiant, obſequantur ſed tamen
Animo, cupitis gaudiis obnoxio.

Εὖ φρονεῖν, ſeu recto ſeu inverſo ordine vocum, Euripidi in talibus ſolemne, et τῇ γνώμῃ frequenter tributum. *Hipp.* v. 378.

Καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
Πράσσειν κάκιον. ἔστι γὰρ τόγ' εὖ φρονεῖν
Πολλοῖσιν.

Quae mox ducunt ad ea, quae ſupra poſuimus, τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα κ. τ. λ. Pariter v. 313.

Ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ· φρονοῦσα δ' οὐ θέλεις
Παῖδας τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.

Platonicam ergo de duplici mentis parte opinionem expreſſit in Antiope, τὸ εὖ φρονεῖν tribuens τῇ γνώμῃ· contra τὸ ὑπηρετεῖν τοῖς φίλοις, id eſt,

ταῖς ἐπιθυμίαις, imputans τῇ ψυχῇ. Neque eſt, quod aetas utriusque obſtare conjecturae noſtrae videatur. Multi ante Platonem eadem docuerunt; et de Timaeo, Pythagoréisque veteris Scholae Italicae, modo jam vidimus. Quin, ſi id ageret quisquam, plura in Tragico noſtro inveniret, e Platone explicanda, non quod ille ab hoc iſta didicerit, ſed quod ab iisdem uterque. Inſignis locus de immortalitate animi eſt in Helenâ v. 1023.

—— —— ὁ νοῦς
Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.

Quae nemo intelligat, niſi qui Anaxagoréa noverit placita, quae ſua fecit et latius explicuit Plato, a Socrate edoctus; nam Euripidéa iſta ne latum quidem unguem diſtant a Socraticis, quae tradit *Xenoph.* Memor. Lib. IV. Cap. 3. §. 14. quaeque nuper tractavit Cl. WYTTENBACH in Diſput. *de veterum Philoſ. ſent. de vitâ & ſtatu animorum poſt mortem*, Sect. 4. pag. 40. (Tom. IV *Diſput. Teyler. de Relig. Nat. & Revel.*) Praeterea locupletem emendationis noſtrae ex iſto Philoſophiae loco petitae ſponſorem habemus *Alcinoum* vel *Albinum* Cap. 24. qui, Medeae et Laïi apud Euripidem dicta ex praeceptis Platonicis explicans, cauſam adfert

fert ἐπιθυμίαν λογισμῷ, id eſt, ψυχὴν γνώμῃ μαχομένην. Denique, haeſitet forte quisquam, an vox ψυχὴ ſenſu iſto Philoſophico pro τῷ παθητικῷ in Tragico ſit quaerenda: ſed nulla ratio eſt dubitandi, cum ἡ ψυχὴ propriâ quadam virtute, (quam tamen huc usque ſatis animadverſam non meminimus) apud quosvis etiam Scriptores Graecos ſit *actus ille animi*, *quo deſiderat*, *amat*, *iraſcitur*. Quod Latine diceremus *genio indulgere* (*animo obſequi* eſt apud *Terent.* Ad. I. I. 8.) Belgice *zijn lust* of *lusten volgen*, *zijne liefhebberij voldoen*, id plane eſt ψυχῇ ὑπηρετεῖν. Neſcimus, an iſta ſignificatio uſpiam ſit inſignior quam in *Hierone Théocritéo* ſeu Id. XVI. 24. ubi rectum divitiarum uſum commendans, qualem ipſe vel in Aegyptiacâ Ptolemaei vel in Siculâ Hieronis, vel poſtea in Auguſti aulâ Horatius, fuerat expertus, *Theocritus* ait.

Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις.
Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν,
Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι.

Is divitiarum rectus uſus, ut & genio quis indulgere ſuo interdum audeat & vitae elegantiam

 ſe-

ſequatur, *tum viris doctis bene faciat. Xenophonti* prae caeteris ψυχὴ uſurpatur de *appetitu* ſeu *cupidine animi*, *qua impetu magis & ſtimulo naturae agatur*, *quam ratione & juſto mentis moderamine.* Ubi regiam auctoritatem legibus circumſcriptam, quam Cambyſes inter Perſas habebat, Mandane confert cum poteſtate Aſtyagis inter Medos, cui arbitrium erat pro jure, μέτρον δὲ αὐτῷ (inquit) οὐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ὁ νόμος ἐστίν· Cyrop. I. pag. 8. Ed. Steph. recte ſic locum emendante HENRICO STEPHANO, qui in *Adnotationibus* interpretatur: *Non eo usque progreditur*, *quo libido impellit*, *ſed tantum quo usque lex permittit.* " Tribuit " enim (Stephani ſunt verba) τῇ ψυχῇ Xeno" phon quodvis *appetentiae* genus earumque " etiam rerum, cum quibus alioqui nihil com" mune illam habere, & quarum deſiderio cor" pus potius quam eam affici vulgo creditur;" quod in Schediasmate, ubi copioſius ſe de eâ re diſſeruiſſe ait, probavit forte aliis locis Xenophontéis, ubi de *appetitu edendi* ψυχὴ ponitur, τῷ δὲ ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν οὐ προσίετο, & quae ſunt hujus generis plura. Ante Stephanum in priore loco ſcriptum fuerat ἡ τύχη, ſolemni duarum vocum permutatione, quam & alibi nos obſervaſſe recordamur. Uno exemplo defungamur.

De-

Demosthenis vel inter *Demostheneas* est Oratio contra Eubulidem. Causa agitur Euxii, quem peregrinitatis crimine accusaverat Eubulides, hoc potissimum argumento, quod mater ejus serva fuisset, nutricis functa officio domestico. Functam fatetur Euxius, sed liberam, pag. 712. §. 63. καὶ γὰρ εἰ ταπεινὸν ἡ τιτθὴ, τὴν ἀλήθειαν οὐ φεύγω. οὐ γὰρ, εἰ πένητες ἦμεν, ἠδικήκαμεν, ἀλλ' εἰ μὴ πολῖται. οὐδὲ περὶ ΨΥΧΗ͂Σ, οὐδὲ περὶ χρημάτων ἡμῖν ἐστὶν ὁ παρὼν ἀγὼν, ἀλλ' ὑπὲρ γένους. Manifesto legendum οὐδὲ περὶ ΤΥ'ΧΗΣ, οὐδὲ περὶ χρημάτων, *de fortunâ nobis aut an in re lautâ simus, nulla jam est controversia, sed de genere & an cives?* Χρήματα et τύχη sic plerumque disjunctive copulantur. Notissimum Hecubae *Euripidéae* dictum, Hec. v. 864.

—— Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐστ' ἐλεύθερος,
Ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης.

Facilem emendationem *Taylori* & *Reiskii* diligentiam effugisse miramur. — *Democriti* Fragmentum est in *Stobaei* Serm. IV. (pag. 56. *Gesn.*) ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖς τῆς ψυχῆς κέρδεσιν, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαήμονες τοῖς τῆς σοφίης. Ill. GROTIUS ad oram Stobaei, quem illius manu passim notatum servat Bibliotheca Leidensis, corrigebat τοῖς τῆς τύχης κέρδεσιν. Dubitamus

mus an recte, quandoquidem τὰ κέρδεα τῆς ψυχῆς, *commoda, quibus pravae cupidini satisfiat*, oppoſuit forte Democritus τοῖς τῆς σοφίης κέρδεσι, *veris verae ſapientiae quaeſtibus.* —— Sed haec quidem ab Euripide nos longius abduxerunt: In viam redeamus.



CAPUT TERTIUM.

Euripidis Hippolytus *bis tentatus.* Συγχωρεῖν, concedere, adſentiri. *Votum miſerorum apud* Euripidem, *ut in aves commutentur. Heliades Solis filiae.* Plinii *locus cum* Euripide *comparatus.* οἶδμα mare, aequor, pontus. οἶδμα ποταμοῦ lympha fluviatilis. Padus *idem qui fabuloſus apud Veteres* Eridanus. Hippolytus *iterum correctus: Bis tentatus ex conjecturâ* Eldikii; *idem emendatus.* Πάλαι & πάλιν, ἄκρη & ἀκτὴ *inter ſe commutatae in Mſſ. voces.*

Inter loca, ubi difficultatem ſenſit neque tamen expedivit ὁ πάνυ, v. 703. notandus eſt. Cul-

Culpam exprobranti Phaedrae Nutrix vulgatam regerit excusationem, animo se egisse benevolo et amico, neque ab eventu notanda facta. Irritata magis Thesei conjux respondet.

Ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα, κἀξαρκοῦντά μοι,
Τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα ΣΥΓΧΩΡΕΪΝ λόγοις;

Justumne censes, & mihi factum satis,
Quam vulnerasti, post eidem te obloqui?

Barnesius ista συγχωρεῖν λόγοις interpretatur *congredi verbis*; neque ab eo diversi abierunt, qui Hippolytum Euripidéum veste Gallicâ et Etruscâ induerunt Reverendi *Brumoeus* et *Carmelius*: His autem triumviris multo major est *Valckenaerii* nostri auctoritas, cujus interpretatio haec est: *Ut, cum tantum mihi vulnus inflixeris, mecum verbis concertares.* " Συγχωρεῖν λόγοις " (addit idem Vir Cl.) hic idem paene videtur " quod alias dicebatur ὁμόσε χωρεῖν τοῖς λόγοις."
Vellemus isto modo hîc scriptum esset:

Τρώσασαν ἡμᾶς εἶθ' ὁμόσε χωρεῖν λόγοις;

Auctoritate nos facile tueremur *Orestis* v. 922. ubi est:

Ἄλλος δ' ἀναστὰς ——
—— χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων.

verum, cum nimium ista lectio recedat ab eâ, quam

quam omnes habere Codices videntur, ejusmodi vis a noſtrâ quidem indole abhorret, Criticam non amantium, quae urit et ſecat: Neque tamen non poſſumus, quin adſenſum praebeamus Erudito DUPUY, quando is (*Monum. Acad. Reg. Par.*) p. 452. inquit, "perſuaderi ſibi " non poſſe συγχωρεῖν λόγοις ſignificare *congre-* " *di verbis*, cum ſenſus naturalis verborum con- " trariam plane praebeat ſententiam, ſignificatio- " nem nempe τοῦ ὁμονοεῖν, συμφωνεῖν." exemplumque valde appoſitum adfert ex ipſo Hipp. v. 299.

—— τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.

Igitur Cl. Dupuy, repudiatâ interpretatione *concertandi*, *congrediendi*, aliam quaerit & ſe inveniſſe putat, Phaedrae verba accipiens quaſi diceret, *anne hoc ſatis mihi eſſe putas ad excuſationem tuam*, *quod*, *poſtquam me re ipſâ et ope tuâ peſſum dederis*, *jam culpam verbis confiteare*, *quaſi amore erga me tuo et affectu peccaſſes.* Sed nondum culpam confeſſa erat Nutrix; dixerat tantum, facta ſua ab eventu non eſſe notanda; et, cum Phaedra hoc verborum certamine magis exardeſceret, tum demum ait v. 704. οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ. Nos itaque lectionem adhuc vitio laborare credimus; de remedio du-

dubitamus, quo, dum certior emendatio ſuccurrat, corrigimus.

Τρώσασαν ἡμᾶς οὔγε συγχωρεῖν λόγοις;

Quod, poſtquam me laeſeris, ne nunc quidem verbis mihi cedas, nec culpam ingenue confitearis. Aſt, uti modo dicebamus, pro indubitatâ iſtam correctionem haud habemus.

Ad locum accedimus, in quo felicius res nobis ceſſiſſe Critices amatoribus forte videbitur. Locus eſt in Antiſtrophicis v. 739.

Ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,
Ἵνα με πτεροῦσαν ὄρνιν
Θεὸς ἐν πλαναῖς
Ἀγέλῃσιν θείη.
Ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς
Ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ.
Ἔνθά γε πορφύρεον σταλάσσουσ'
Εἰς οἶδμα ΠΑΤΡΟΣ τριτάλαιναι
Κόραι, Φαέθοντος οἴκτῳ, δακρύων
Τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Familiaris haec Tragico noſtro, in choris praeſertim, oratio, ut miſeri in aves mutari cuperent, atque ſic ex miſeriis humanis velut evolare.

re. A furentibus Troadibus occoecatus Polymeſtor Hecubæ v. 1106.

Ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ,
Αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον
Ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον,
Ὠρίων ἢ Σείριος
Ἔνθα πυρὸς φλογέας
Ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς;

In Hippolyto iterum v. 1293. Diana, Theſeo impium facinus exprobrans, illum rogat, " quid-" ni, pudore ſuffuſus, Tartara ſubeat, aut in " avem mutatus exeat honeſtorum virorum ſo-" cietate?"

Ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον κ. τ. λ.

Similiter Troezenia mulier, teſtis calamitatum, quibus Minoïa proles Theſeique familia, ob Veneris iram, premebatur, id optat, a quo ſaepe voto nimis prope abſunt boni quique,

—— *cum res hominum tantâ caligine volvi*
Adſpiciant, laetosque diu florere nocentes,
Vexarique pios:

In avem commutata Mare Adriaticum volatu adire cupit, et ſupra Eridani elevari lympham, in quam infelices Heliades, Phaethontis fratris inte-

te-

teritum deflentes, electriparas lacrymas distillant suas, ——

—— σαλάσσουσ'
Εἰς οἶδμα ΠΑΤΡΟΣ τριτάλαιναι
Κόραι.

Sed quaerimus, quorsum illud πατρὸς sit referendum? Anne κόραι πατρὸς τριτάλαιναι; sic Ratallerus: *Patris infausti filiae*, nisi quod ille τριτάλανος legisse videatur. At vero, an ita ταυτολόγος noster, ut filiae patre suo natae fuisse dicantur? Ergone sine patre gigni poterant? Aliter Scholiastes: Is, εἰς οἶδμα πατρὸς jungens, πατέρα δὲ αὐτῶν (τῶν Ἡλιάδων) τὸν Ἠριδανὸν φησὶ, παρόσον τρέφονται αὐτοῦ τῷ ὕδατι αἴγειροι οὖσαι, quae non nisi recentissimi alicujus Graeculi, ex nugacium Grammaticorum natione, esse potuit explicatio, dicamus, an sententiae depravatio. Rectius aliud Scholion: Ἡλίου γὰρ βούλεται ὁ μῦθος αὐτὰς εἶναι. Notissimae Heliades, earumque fletus & lacrymae,

—— *quae caesae pectora palmis*
Non auditurum miseras Phaethonta querelas
Nocte dieque vocant, adsternunturque sepulchro.

Fabulam, quam pro more luxurians decantavit Ovi-

Ovidius, tetigerunt Apollonius Rhodius, Virgilius, Valerius Flaccus, Claudianus, alii, hic repetere nihil eſt neceſſe, neque quae de Electro, de Æſtyis ſuccinum legentibus, de Venetis, de Eridano, ſeu ex veterum errore, ſeu ex recentiorum verioribus conjecturis, dici poſſent, ambitioſe congerere: Poſt JOANNEM MATTHIAM GESNERUM, V. Cl. hac operâ facile ſuperſedetur: ſed adſcribendus eſt locus PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. XXXVII. Cap. 2. "In "ſuccinis cauſſam ne deliciae quidem adhuc "excogitaverunt. Occaſio eſt vanitas Graeco-"rum diligentiae. Legentes modo aeque per-"petiantur, me de ortu eorum, cum hoc quo-"que interſit vitae, ſcire poſteros quicquid illi "prodidêre mirandum. Phaethontis fulmine "icti ſorores fletu mutatas in arbores populos, "lacrymis electrum omnibus annis fundere juxta "*Eridanum* amnem, quem *Padum* vocamus; "et Electrum appellatum, quoniam Sol vo-"citatus ſit Elector, plurimi Poëtae dixêre; "primique, ut arbitror, Aeſchylus, Phi-"loxenus, Nicander, Euripides, Satyrus: "Quod eſſe falſum, Italiae teſtimonio patet. "Diligentiores eorum, Electridas inſulas in "Mari Adriatico eſſe dixerunt, ad quas dilabe-"retur *Padus.* Qua appellatione nullas umquam

" quam ibi fuiſſe, certum eſt: nec vero ullas " ibi appoſitas eſſe, in quas quicquam curſu " *Padi* devehi poſſit. Nam quod Aeſchylus in " Iberiâ, hoc eſt in Hiſpaniâ, *Eridanum* eſſe " dixit, eundemque appellari *Rhodanum*, *Euripides* rurſus & Apollonius *in Adriatico* " *littore confluere Rhodanum & Padum*, fa" ciliorem veniam facit ignorati ſuccini in tan" tâ orbis ignorantiâ." Quae poſtrema praeſertim Plinii verba mendo forte non carent: ſincera autem ſunt iſta, quae de Euripide ait et Apollonio, *Rhodanum* ſive *Eridanum Padumque in Adriatico littore confluere* ſcribentibus. Locus *Apollonii Rhodii* exſtat Argonaut. Lib. IV. v. 627. ubi tamen, Rhodanum Eridanumque diverſos faciens, ſub priore nomine Padum intellexiſſe videtur, eaque profert, quibus (niſi etiam corrupta ſint) multo veriora forte diſcere potuiſſet ex Callimachi, Praeceptoris ſui, Libris περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, et περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν. Haec quippe Apollonius.

Ἐκ δὲ τόθεν Ῥοδανοῖο βαθὺν ῥόον εἰσανέβησαν,
Ὅς᾽ εἰς Ἠριδανὸν μετανίσεται. ἄμμιγα δ᾽ ὕδωρ
Ἐν ξυνοχῇ βέβρυχε κυκώμενον. ——

Ubinam autem de iſto Padi Eridanique in Mari

D Adria-

Adriatico concurſu mentio eſt in Euripidéis? Nusquam quidem in Tragoediis, quae ſuperſunt, nusquam in Fragmentis. Id animadvertens PETRUS VICTORIUS *Var. Lect.* Lib. xxv. Cap. 4. veretur, ne Euripides illud in aliquâ Fabulâ ex iis, quae perierunt, poſuerit: at vero perſuaſiſſimum nobis eſt, nullum alium locum Euripidéum, niſi hunc ex *Hippolyto coronato*, quem tractamus, Plinio fuiſſe obverſatum; nomen quidem *Padi*, vix cognitum Librariis Graecis Grammaticisque, quibus fabuloſus Eridanus notior erat, fuiſſe oblitteratum; ſed Plinii adhuc aetate in Codice, quo utebatur, manum Tragici integram fuiſſe, qui ſcripſerit:

Ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς
Ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ·
Ἔνθα γε πορφύρεον σταλάσσουσ'
Εἰς οἶδμα ΠΑ'ΔΟΥ τριτάλαιναι
Κόραι. ——

Sic nomen additur τοῦ οἴδματος, nam obſervari velimus, apud Tragicos, Euripidem praeſertim, οἶδμα nunquam ſimpliciter dici de fluvio, tantum de mari, Iphig. Taur. v. 407. Helena v. 1282. et alibi in eâdem Tragoediâ, vel οἶδμα πόντου, πόντιον, ἅλιον, θαλάσσιον, λίμνας, et quae

quae forte plura ſunt hujus generis. Atqui non in littore maris, ſed in ripâ Eridani, Padive, Heliades in alnos mutatae Phaëthonta lamentabantur. Jam autem, ſi per οἶδμα *unda fluviatilis* (uti oportet) hic ſit intelligenda, fluminis nomen addi omnino eſt neceſſe. Ita eſt e. gr. Hel. v. 374. Σκαμάνδρου Φρύγιον οἶδμα, ib. v. 1482. ποταμοῦ παρ' οἶδμα. *Padi* nomen Latinis non ſolum cognitum fuit, ſed et Graecis; eoque fluvium iſtum deſcribens uſus fuit *Polybius* Lib. II. Cap. 16. Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος. —— Et re verâ Padus Eridanusque a recentioribus pro eodem flumine habebantur, quia ſcilicet Poeticus ille Eridanus, Mari Adriatico vicinus, praeter Padum nullus apparebat, Graecorum errore (etiamſi ſuâ aetate meliora jam edoctus fuerit *Herodotus*, in hac certe re nimium incredulus, Lib. III. Cap. 115.) ex plagis Borealibus et littore, quod mare nunc Balticum adluit, cum ipſis Venedis in ultimam Italiam tranſlatus. Et recte adeo, ut pleraque omnia, Geographorum veterum princeps *Strabo* Lib. V. pag. 329. τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ κατεψευσμένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ· οἷον τὰ περὶ τὸν Φαέθοντα, καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας, περὶ τὸν Ἠριδανὸν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον

D 2 δὲ

δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον, καὶ τὰς Ἠλεκτρίδας νήσους τὰς πρὸ τοῦ Πάδου, καὶ Μελεαγρίδας ἐν αὐλαῖς· οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδὲν ἐςι ἐν τοῖς τόποις. Ergo veteres Graeci Eridanum Pado vicinum habuerunt, eamque ſententiam hoc quoque loco ab Euripide expreſſam putavit Plinius, etſi, ſecundum lectionem, quam reſtituendam credimus, non minus vere dici forte poſſit, Euripidem idem flumen duplici nomine, variandi cauſſâ, deſignaſſe. Modeſtam ſaltem criſin noſtram nemo diffitebitur, neque quicquam novimus, quod objici poſſit, niſi hocce, quartam ſcilicet ſyllabam emendati verſus, prouti in Strophe ſecundâ, longam eſſe, Latinosque Poetas *Padi* primam feciſſe brevem. Nominis ejusdem apud Poetam Graecum incognitum quidem nobis eſt exemplum; ſed noverunt Proſodiae periti, vocales ancipites apud Graecos ſaepius tum breves eſſe tum longas, quod exemplo vocum καλὸς, ἀνὴρ, ἄορ, aliarumque patet; neque adeo quantitas vocalis ancipitis in nomine proprio, quae Latinis placuit, pro conſtanti apud Graecos eſt habenda. Unum eſt, de quo dubitabat Cl. noſter *Ruhnkenius*, magnopere veritus, ne Plinius Phaethonta reſpexerit, deperditam Euripidis Tragoediam, quod, etſi negari non poteſt, qua tamen ratione tuendum ſit illud πατρὸς, pleonaſticum ſaltem, non videmus.

Quas

Quas, poſtremo loco, fecimus conjecturas, paulo forte uberius confirmavimus: quae reſtant, eas paucis proponemus. Chorus, cujus ſunt partes id dicere, *quod propoſito conducat & haereat apte*, atque adeo velut viam aperire factis mox ſecuturis, cum Theſeus defunctae uxoris fatum lamentaretur, animo jam praeſagit, quod paulo poſt erat eventurum, fatalem nempe Hippolyto iram paternam. Itaque, poſtquam cum Theſeo mortuam Phaedram fleviſſet mulier Troezenia,

Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν κ. τ. λ.

threnum his verbis abſolvit, v. 855.

Τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω ΠΑ'ΛΑΙ.

Et re verâ vix iſta dixerat foemina, quin Theſeus, cujus illa jam oculos in mendaces tabellas converſos videbat, exclamet ἔα, ἔα, rogetque τί δή ποθ' ἥδε δέλτος; Non ergo Chorus *horrebat* jam *ante*, ſed *horret denuo*, novum malum ſupra prius cumulandum praevidens.

Τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω ΠΑ'ΛΙΝ.

Poſt aliquot verſus, Hippolytus, Patrem conveniens, funus Novercae miratur, v. 907.

—— —— σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ,

Νεκρόν. μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον·
Ἣν ἀρτίως ἔλειπον, ΕΙ'Σ ΦΑ'ΟΣ τόδε
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.

Impedita eſt duorum poſteriorum verſuum ſententia & conſtructio; meritoque *Brunckius* & *Musgravius* Codicum lectionem praetulerunt.

Ἣν ἀρτίως ἔλειπον, ἣ φάος τόδε
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.

Cum autem in *Chriſto patiente* ſit ὡς φάος, & antiqua ſit lectio εἰς φάος, veram putamus ab ELDIKIO olim cum Valckenaerio communicatam conjecturam, qua per craſin Atticam legebat,

Ἣν ἀρτίως ἔλειπον, Ἣ 'Σ φάος τόδε
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.

Aliud ejusdem tentamen exſtat, quod ad oram exemplaris ſui elegantiae nomine commendabat judex, ſi quis alius, ſeverus, ſed candidus, — ipſe Valckenaerius. — Cum nullis argumentis innocentiam ſuam Patri perſuaderi poſſe Hippolytus videret, ſic tandem, dolori, quem huc usque repreſſerat, cedens ingemiſcit v. 1070.

Αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,
Εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, ΔΟΚΩ͂ ΤΕ' σοι.

Ri-

Risit olim Aristophanes Aeschyléa.

Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι.

" Fuit Euripidis ingenium ab istiusmodi parallelismis alienius, in quibus ferendis Sophocles luxuriavit." Verba sunt *Valckenaerii* nostri ad Phoen. v. 1371. ubi pleonasmum similem, ex conjecturâ *Arnaldi*, confirmatâ a Codice, in Oreste v. 141. facile tolli posse monstrat. Sed nihil vir paeclarus de nostro versu; & tamen jure optimo ad h. Hipp. l. contra Reiskium sentit φαίνεσθαι & δοκεῖν non esse opposita, sed ἰσοδυναμοῦντα; neque φαίνεσθαι idem valere ac ἁλίσκεσθαι idoneis exemplis probabitur. Quid ergo? vitiose hic saltem πλεονάζει Euripides? Non putamus; & prope abest, quin omnino veram credamus (uti in talibus mirâ saepe est felicitate) ELDIKII correctionem:

Αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,
Εἰ δὴ κακός γ' ἐφαινόμην, ΟΥ'Κ Ω'Ν ΓΕ', σοι.

Heu! tangit hepar lacrymasque hoc est prope,
Ut improbus videar tibi, cum non siem.

Quod si Tragicus noster non soleat, tam frequenter saltem quam alii, ἰσοδυναμοῦντα ex pa-

rallelo ponere, ab alio tamen vitio — (si vitium dicendum est magis quam antiquae simplicitatis nota: novimus enim, Veteres a repetendis iisdem vocibus multo minus abhorruisse quam delicatuli abstinuerunt Recentiores) — ab alio igitur more non alienus est noster, ut frequens sit in iisdem iterandis; *ejusque* (ut *Valcken.* ait ad Phoen. v. 648.) *est consuetudo, locis etiam vicinis, eadem repetere vocabula.* Vid. quoque *Tib. Hemsterhusium*, virum omnium consensu maximum, ad Callimachi Hymn. in Dianam v. 69. Quae tamen Euripidis consuetudo non impedit, quo minus adsentiamur *Jeremiae Marklando* ad Eurip. Suppl. v. 245. scribenti, " quamquam Euripides & " caeteri Tragici saepe ita faciunt, se tamen " non dubitare, quin in multis locis meliora " exemplaria hanc ταυτολογίαν sint sublatura." Exemplo sit Hipp. v. 1208. ubi elegans est descriptio Monstri, undâ aequoreâ emergentis, seseque currui objicientis, narrante famulo, qui juvenem infelicem erat comitatus.

—— —— Εἰς δ' ἁλιῤῥόθους
Ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· ὥστε ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἈΚΤΆΣ ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν.

Bis vox ἀκτὰς brevi spatio v. 1206. & 1208. re-

repetitur: recurrit eadem illa v. 1212. Praecesserat ἀκτὴ v. 1199. Ferremus ingratum, nostris quidem auribus, ejusdem vocis recursum, nisi loci sententia id prorsus vetaret. Sensit latens vitium Valckenaerius, nec tamen vidit. " Σκείρωνος autem (inquit) sive Σκειρω-" νίδες πέτραι hic paulo dicuntur insolentius " Σκείρωνος ἀκταί." *Insolentius* sane, sed Librariorum vitio, qui ἌΚΡΑΣ confuderunt cum ἈΚΤΆΣ. Scripsit Tragicus:

—— ὥςε ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἌΚΡΑΣ ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν.

Ubi, quae *Scironia saxa* dicit *Mela* Lib. II. Cap. 3. *saevo quondam Scironis hospitio etiam nunc infamia*, Graeciae Periegetes exactissimus *Pausanias* describit Libro I. in f. pag. 108. addit ille, ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ ἄκρᾳ, Διός ἐςιν Ἀφεσίου καλουμένου ναός. Noster in Troadibus v. 90. similiter voces ἀκτὰς & ἄκρας eodem loco conjungit. Minervae gratificatus Neptunus se Aegéum pelagus turbaturum promittit:

ἈΚΤΑῚ δὲ Μυκόνου, Δήλιοί τε χοιράδες,
Σκῦρός τε, Λῆμνος θ᾽, αἱ Καφήρειοι τ᾽ ἌΚΡΑΙ
Πολλῶν θανόντων σώμαθ᾽ ἕξουσιν νεκρῶν.

Aetnam suam Cyclops Euripidéus v. 317. ἄ-

κρας vocat ἐναλίας. Illae voces alibi quoque fuere permixtae; ſed in re manifeſtâ uberiorem confirmationem nemo facile deſiderabit.



T H E-

THESES ADNEXAE.

I.

Lingua Graeca ex nullo alio ſermone orta eſt: &, ſi pauca excipiamus, ad rem militarem, nauticam aut veſtiariam, maxime ſpectantia, quae a Phoeniciis, Perſis, forte etiam a Thracibus, Scythis, aliisve populis traducta ſunt, operam ludunt, qui Graeca verba & voces ex Dialectis Orientalibus, e Linguâ Perſicâ, vel etiam Celticâ aut antiquâ Germanicâ, repetere conantur.

II.

Lingua Graeca Philoſopha eſt: Philoſopham autem dicimus, quae ſive in derivationibus a ſimpliciſſimâ radice, ſive in adſignandis, conjungendis, propagandis ſignificationibus, ſeu propriis, ſeu tranſlatis, certam ſemper analogiam ſequitur, ipſi rerum naturae convenientiſſimam.

III.

Theologus indoctus puriori Religioni plus obeſt quam prodeſt. Indoctum autem dicimus,

non

non tantum, qui verae Philoſophiae rudis & in Hiſtoriâ (quae dicitur) Eccleſiaſticâ hoſpes eſt, ſed & qui Linguas, quibus Scriptores ſacri uſi ſunt, per ſe ipſe non intelligit, alienam fidem, non ſuum ſequi judicium, ſolitus.

IV.

Ridemus jure ac merito, quae renaſcentibus litteris, aetate tamen Lutheri, Erasmi, Melanchthonis, Camerarii, *ſummorum Virorum, ſcripta fuerunt in Prolegomenis V. T. Editionis Complutenſis:* " *Tranſlationem,* " *quae dicitur Hieronymi,* (ſive Vulgata,) *in* " *iſtâ Editione collocatam fuiſſe mediam inter* " *textum Hebraïcum & Interpretationem* " *Graecam, quae dicitur Septuaginta-Virorum, uti Chriſtus cruci adfixus fuit inter* " *duos hinc & inde latrones.*" *Qui hodie Litteras Orientales, Graecas & Latinas, ex juvenum manibus excutere conantur, illi id agunt, ut, velut circulum conficientes, in eandem barbariem barbariaeque comitem, caecam ſuperſtitionem, recidamus.*

V.

Veriſſima putamus & noſtra facimus, quae, ante hos ſeptem admodum annos, ſummus VALCKENAERIUS *ſcripſit, in* Corollario ad Orationem de Criticâ Emendatrice in N. T. a Litteratoribus non adhibendâ, *quaeque brevioribus verbis ante* Valckenaerium *expreſſit Eccleſiae Anglicanae lumen quondam, Archiepiſcopus* SECKERUS: " *Scriptores " Novi Teſtamenti, etiamſi elegantiarum " Graecarum fuiſſent peritiſſimi, ſapienter " tamen fuiſſe acturos, iſto ſermone ſcriben- " tes, qui vulgaris quidem ſed in uſu " quotidiano erat eorum, ad quos ſcribe- " bant, atque ab iis facilius intelligeba- " tur.*"

V I.

Etſi igitur ſtilus Librorum N. T. non poſſit dici ad normam puri ſermonis Graeci exactus, eſt tamen in illis Libris, in Pauli *praeſertim Epiſtolis, in Orationibus ejusdem* Lucanéis, *in Epiſtolâ incerti ad Hebraeos, tantum ſententiarum pondus, tam proprius aptusque metaphorarum uſus, tanta oratio-*

nis

nis gravitas & rerum, magis etiam quam dictionis, cum ſimplicitate conjuncta ſublimitas, ut qui ſtilum N. T. vituperant, tanquam Religione ab ipſo Deo traditâ indignum, vel ἀπαιδευσίαν *ipſi ſuam prodant, vel bonam fidem ejuraſſe videantur.*

VII.

Reperitur adeo hac quoque in re argumentum, quo probemus illud, quod de Philoſophiâ olim dictum fuit a Bacone: – Philoſophiam obiter libatam a Deo abducere, penitus hauſtam ad eundem reducere, — *illud, inquam, in eruditione ſeu cognitione Litterarum haud minus eſſe certum: hujusque dicti veriſſimi, uti in Philoſophiâ* Newtonus, *in Litteris exempla fuerunt* Eraſmus, Melanchthon, Grotius, *conſummatâ haud minus eruditione, quam ingenuâ & amabili pietate, inſignes.*

VIII.

Nimium forte, vero tamen proximum eſt, quod Werenfelsius *ait:* (*Opuſc.* T. II. p. 191.) " *plus ex ſolâ* τῶν ἑβδομήκοντα *lectio-*

" *ne*

" *ne N. T. lucis inferri posse, quam ex om-*
" *nium omnino Graecorum, quotquot vel solu-*
" *tâ vel ligatâ oratione scripserunt, lectione".*

IX.

MARCUS TULLIUS CICERO *vir bonus fuit, civis optimus. De* CAJO JULIO CAESARE *aut de* CAESARE AUGUSTO *idem dici posse, non putamus.*

X.

Forma administrandae R. P., quâ usi fuerunt antiqui Batavi, liberae Civitati propior fuit quam Monarchiae; a qua veteres Germani & Galli non minus abhorruerunt, quam Graeci & Romani.



EXERCITATIONUM ACADEMICARUM

SPECIMEN SECUNDUM.

OBSERVATIONES
IN LOCA VETERUM, PRAECIPUE QUAE SUNT *DE VINDICTA DIVINA.*

EXERCITATIONUM ACADEMICARUM SPECIMEN SECUNDUM.

QUOD,

FAVENTE NUMINE,

PRÆSIDE

JOANNE LUZAC,

J. U. D. ET IN ACADEMIA BATAVA LINGUÆ GRÆCÆ ET HIST. PATRIÆ PROFESSORE ORDINARIO,

In Auditorio Litterario *publice defendet*

JANUS TEN BRINK,

AMSTELODAMO-BATAVUS.

Die 16 *Junii* MDCCXCII. *Horâ Undecimâ.*

LUGDUNI BATAVORUM,


APUD HENRICUM MOSTERT,

MDCCXCII.

OBSERVATIONES
IN LOCA VETERUM, PRAECIPUE QUAE SUNT *DE VINDICTA DIVINA.*



EXERCITATIONUM ACADEMICARUM SPECIMEN SECUNDUM.



CAPUT QUARTUM.

Philosophia, CLEMENTE ALEXANDRINO *judice, donum Graecis divinitus datum; & studium disciplinarum humaniorum optima ad veram pietatem via. Antiquorum sapientum scripta Ethicam omnibus propemodum numeris absolutam complexa. Locus* Plauti *ex* Rudente, *de* Vindictâ divinâ & praemiis post hanc vitam, *correctus. Dogma istud pars Religionis antiquissimae.* Διὸς διφθέραι, Jovis tabulae pugillares. Dii, Genii, Δαίμονες *observatores & inspectores malorum bonorumque humanorum.*

E

rum. Timaei *Pythagorëi de iis ſententia. Locus ejusdem correctus. Homerus* Ionicus Poëta *Pythagoréis dictus: Idem fons praecipuus Religionis popularis apud Graecos.* Perictyones *Pythagoréae Fragmentum* de officio pietatis erga parentes. *Haud una in illo emendatio propoſita. Triplex in Foro Attico* Δίκη κακώσεως. *Pietas adverſus parentes ab Atheniensibus eximie culta, & legibus vindicata. Impietatis ex Solonis lege poena. Lex in eos lata ac capitis ſupplicium conſtitutum, qui, impietatis in parentes damnati, foro tamen & ſacris non abſtinerent.* Lyſiae *locus explicatus; alter etiam* Demoſthenis contra Timocratem.

Ita naturâ comparatum eſt ingenium humanum, ut, quoniam eodem ſemper loco conſiſtere nequit, contraria ſaepius ſectetur, modum autem raro ſervet, qui *medium eſt vitiorum & utrinque reductum.* Id cum aliis in rebus, tum in di-

diverso studiorum genere excolendo, potissimum apparet. Quae hodie a plerisque appetuntur, paucos post annos sordebunt. Majorum nostrorum aetate in summâ veneratione erant veteres Scriptores Christiani, Graeci, Latinique; nec quisquam facile erectioris animi Theologus disciplinam suam sine horum lectione perfici putabat. Nunc recentiora in manibus sunt omnium atque oculis; antiqua ignorantur. Qui verum unice amamus, Litterarum humaniorum cultores, & in eo inveniundo summam voluptatem ponimus, haud inviti patimur negligi ac contemta jacere illa *Patrum* (ut dicuntur) *Ecclesiae* scripta, quae vel imbecillitatis humanae in serendis litibus alendisque rixis nihil profuturis, vel aevi in deterius ruentis, manifesta nimis indicia produnt: Sed inter praecipuos Eruditionis fontes jure ac merito censemus illos Scriptores, qui, a *Justino* usque *Martyre* ad *Cyrillum Theodoretum*que *Cyrensem*, contra praejudicatas Gentilium opiniones aut calumnias meliorem, quam ipsi docebant, Religionem tutati sunt, ejusque praestantiam demonstrarunt; quos inter si *Clementem Alexandrinum* omnium principem & juniorum exemplar dixerimus, nemo est, qui a nobis sit dissensurus. Uti autem ipse exemplo suo lucu-

lenter docuit, quantum commodi & ornamenti divinae Religionis Antiſtiti in adſerendâ & commendandâ illâ adferat univerſae Antiquitatis cognitio; ſic in hoc genere nihil verius aut magis ingenue ſcriptum eſt, quam quae leguntur in illius *Stromatum* Lib. I. Cap. 9. haec praeſertim verba, ex quibus patet, eandem ſemper fuiſſe hominum inertium lucemve fugientium inter illos, qui ſublimioris diſciplinae magiſtros ſe haberi velint, cantilenam. Ἔνιοι δὲ, inquit, εὐφυεῖς οἰόμενοι εἶναι, ἀξιοῦσι μήτε φιλοσοφίας ἅπτεσθαι μήτε διαλεκτικῆς, ἀλλὰ μηδὲ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐκμανθάνειν, μόνην δὲ καὶ ψιλὴν τὴν πίστιν ἀπαιτοῦσι. — Longe alia ſentiens Clemens non putabat, quod pii illi ſcilicet! Graecularum nugarum contemtores, Διάβολον, quem vocabant, *Philoſophiae ipſiusque artis ratiocinandi fuiſſe inventorem.* Ille contra (ibid. Cap. 2.) *ſapientiae ſtudium*, quo Graecorum fama per omnia ſaecula celebrabitur, *veritatis*, ait, *expreſſam imaginem*, *& donum Graecis divinitus datum*, ἀληθείας οὖσαν εἰκόνα ἐναργῆ, θείαν δωρεὰν Ἕλλησι δεδομένην. Qua in demonſtratione dum verſatur, (ib. Cap. 4.) probatque, diligenter impenſam Litteris Graecis operam *utilem eſſe ad pietatem & velut exercitium quoddam, quod animos*

prae-

praeparet ad fructus Religionis percipiendos (χρησίμη πρὸς θεοσέβειαν γίνεται, προπαιδεία τις ἔσα,) hoc maxime utitur argumento Clemens, (Cap. 6.) tres esse velut partes, quibus primâ Christianismi aetate celebrata γνῶσις, seu *vera sinceraque cognitio*, perficiatur, ἐκ φύσεως, καὶ μαθήσεως, καὶ ἀσκήσεως συνεςῶσα; harum autem mediam μάθησιν, "studium esse *discipli-*" *narum humanarum*, quae a Deo non minus " sunt profectae, quam scientia rerum divinarum, " ita ut non tantum eruditio multum conferat " ad virtutem, sed & ut Philosophia, quae ex " omnibus placitis praestantissima eligit, ad ve-" ram pietatem viam muniat." Neque id rationibus magis probavit Vir optimus, quam ipsis rerum documentis: Nam, etiamsi idem ille, qui praepostere saepius Scriptoribus Sacris ad quaevis probanda usus est, minime certe ignoraverit illud, ad contemnendas artes ἐγκυκλίυς toties decantatum, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, tam assidue tamen in legendis, excerpendis, laudandis Philosophorum Poëtarumque scriptis versatus est, ut *Clemens Alexandrinus* cum *Plutarcho* & *Joanne Stobaeo* ad cognoscendam hanc Antiquitatis partem plus quam reliqui omnes, quotquot supersunt, Scriptores Graeci Latinique conferre videatur.

Igitur, ſi ex animi ſententiâ dixit Clemens (Cap. 7.) *liberales Graecorum diſciplinas, non minus quam ipſorum Philoſophiam, divinitus ad genus humanum perveniſſe*, καταφαίνεται προπαιδεία ἡ Ἑλληνικὴ, σὺν καὶ αὐτῇ φιλοσοφίᾳ, Θεόθεν ἥκειν εἰς ἀνθρώπους; — ſi id igitur ex vero ſcripſit Vir ſanequam pius & doctus, nemo harum Litterarum amans facile negabit, erigi ſibi animum & recreari mentem, quotiescunque illa conſideret, quae de *pietate erga Numen*, de *officio precum*, de *divinâ Providentiâ*, de *praemiis virtutis* & *ineluctabili ſcelerum poenâ*, de *conſtantiâ*, de *fortitudine*, de *tranquillitate animi*, de *temperantiâ*, de *amore in Patriam*, & quae plura hujus generis ſunt, docuerunt Veteres; quae omnia ſi quis apte jungat, atque ex ſuis principiis ducta in unum velut corpus, officiorumque ſeriem, componat, dubitabit profecto, an vere ante hos triginta-quinque annos ſcriptum ſit, *ex veterum Philoſophorum Libris ſyſtema Ethices, omnibus numeris abſolutum, tradi haud poſſe.*

Verum, miſſâ hac diſceptatione, quae a propoſito noſtro jam quidem aliena eſt, doleamus potius, eadem illa antiquorum, ſive Sapientum ſive Poëtarum, ſcripta, quibus tot egregia vitae morumque praecepta continentur, noſtrâ etiam

etiam aetate, poſt diligentem eruditorum Virorum curam, vitiis tam frequentibus eſſe obſita & deformata, ut non parum inde decori eorum & ſplendori decedat. Vel unum, exempli inſtar, ſeligamus locum Philoſophicum, qui eſt *de divinâ in ſceleratos Vindictâ*, non ut omnia coacervemus, quae de ampliſſimo argumento ex monumentis Antiquitatis repeti poſſent, ſed ut ea tantum loca attingamus, quae medicâ Critices manu indigere videantur, atque ut ſic levi ſpecimine appareat, quantum in hoc quoque genere Junioribus ſuperſit peragendum.

Initium praebeat, aut potius telae noſtrae velut ſtamen quoddam, pulcherrimus PLAUTI locus, qui principium eſt Comoediae *Rudentis*. *Arcturus* ſtella Prologum agit his verbis.

Qui gentes omnes, mariaque & terras movet,
Ejus ſum civis civitate Coelitum.
Ita ſum, ut videtis, ſplendens ſtella, candida,
Signum, *quod ſemper tempore exoritur ſuo,*
Hic atque in coelo. Nomen Arcturo *eſt mihi.*
Noctu ſum in coelo clarus, atque inter Deos,
Inter mortales ambulo interdius.
Et alia ſigna de coelo ad terram accidunt.
Qui eſt Imperator divûm atque hominum Jupiter,
Is nos per gentes alium alia diſparat,

Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem,
Noscamus, ut quemque adjuvet opulentia;
Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt, quique in jure abjurant pecuniam:
Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem.
Quotidie ille scit, quis hic quaerat malum;
Qui hic litem adipisci postulant perjurio;
Mali res falsas qui impetrant apud judicem.
Iterum ille eam rem judicatam judicat;
Majore multâ multat, quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Atque hoc scelesti in animum inducunt suum,
Jovem se placare posse donis, hostiis;
Et operam & sumtum perduunt: id eo fit, quia
Nihil ei acceptum est a perjuris supplicii.
Facilius, si qui pius est, a Dîs supplicans,
Quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi.
Idcirco moneo vos ego haec, qui estis boni,
Quique aetatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro, POST FACTUM *ut laetemini.*

Illam, cujus gratiâ locum adscripsimus, emendationem, unâ in postremo versu deletâ literulâ, quivis vel leviter monitus, etiam tacentibus nobis, inveniet; verum tantisper eam omittamus, dum universum locum ex Menandro, aliove novae Comoediae scriptore Graeco, for-

forte ex antiquiore aut ipſo etiam Epicharmo, in ſcenâ Philoſopho, translatum, paullo attentius conſideremus, & cum ſimilibus Graecorum dictis, ſed temporis quoque injuriâ vitiatis, comparemus. Ex Epicharmo autem, vel qui imitando Epicharmum expreſſit, juniore aliquo Comico translatum exiſtimamus, quod iſta, quam Plautus tradit de vindice Deo, *malorum bonorumque noſtrorum obſervatore & cuſtode*, (*Senecae* ſunt verba Ep. 41.) — quod iſta, inquam, perſuaſio inter dogmata fuit Pythagoréorum, aut, ut verius dicamus, inter praecepta *Religionis* illius *vetuſtiſſimae*, quae ex Aegypto, tanquam ex fonte aliquo communi doctrinae ſacrae, ad reliquos omnes populos, ad Philoſophos praeſertim diſcendi cauſſâ illuc advenas, atque adeo ad ipſum Pythagoram, eſt propagata. Magnus VALCKENAERIUS, qui *Jovis tabulas*, locumque Plautinum, jam memoraverat ad Herodotum pag. 400. iterum & multo latius de iisdem Διὸς διφθέραις agens *Diatr. Eurip.* Cap. XVIII. pag. 184. " Atticam quoque plebem, " inquit, utilis iſta continebat ſuperſtitio, qua " credebant inter homines, oculis humanis non " ſpectabiles, verſari rerum laudabilium inſpe- " ctores, ſcelerumque ſpectatrices & vindices, " qui quaeve bonorum malorumque nomina

 " re-

" referrent ad ſuum Imperatorem Jovem, ſuis " quaeque tabulis inſcribenda ". — *Superſtitio* iſta fuerit, an *perſuaſio*, haud ſine aliquâ veri ſpecie, a vetuſtiſſimis mortalibus per millenos annos ad ſeros poſteros delata, nos quidem definire non ſuſtinemus, probe conſcii, in infinitâ rerum creatarum ſerie, a perfectiſſimis mentibus ad rudem usque & eam, quae informis videatur, materiem, iſtam nos latere partem, quae animum humanum a mente divinâ ſejungit; nec multum referre putamus, quo nomine illi, ultra mortalem conditionem poſiti, ſeu *Spiritus*, ſeu *Genii*, ſeu Ἄγγελοι, ſeu Δαίμονες dicantur. *Superſtitio* tamen iſta *utilis* videbatur Valckenaerio, & ante bis millenos, ducentosque, & quod excurrit, annos, viſa fuerat Pythagoréorum primario TIMAEO in fine Libelli *de animâ Mundi.* Εἰ δὲ κά τις, ait, σκλαρὸς καὶ ἀπειθὴς, τούτῳ δ' ἑπέσθω κόλασις, ἅτ' ἐκ τῶν νόμων, καὶ ἁ ἐκ τῶν λόγων, σύντονα ἐπάγοισα δείματά τε ἐπωράνια καὶ τὰ καθ' ᾅδεω, ὅτι (ὅθι vere corrigebat Valckenaerius in margine libri, qui penes nos eſt) κολάσιες ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις· καὶ τἄλλα ὅσα ἐπαινέω τὸν Ἰωνικὸν ποιητὰν ἐκ παλαιᾶς ποιεῦντα τὼς ἐναγέας· ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδεσι πόκα ὑγιάζομες, εἴκα μὴ εἴκῃ τοῖς ὑγιεινοτάτοις·

οὕτω

ὕτω τὰς ψυχὰς ἀπείργομες ψεύδεσι λόγοις, εἴκα μὴ ἄγηται ἀλαθέσι. Quibus praemiſſis, ſuum iſtum λόγον explicans, Timaeus Nemeſin memorat σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε, τοῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων, οἷς ὁ πάντων ἁγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω, συμπεπληρωμένω ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Nimirum, quod in tranſitu obſervare liceat, παλαιᾶς illius φήμης, qua vetuſtiſſimae Religionis apud Graecos pars popularis nitebatur, *Homerus* potiſſimum conſervator & velut cuſtos fuit, quem idcirco priſcae hujus Theologiae auctorem laudare non erubuerunt primi Graecorum Philoſophi, atque inter Philoſophos ſeveriſſimi veteres Pythagoréi. Sic e. gr. ut illic a Timaeo, ita ὁ Ἰωνικὸς ποιητὴς, Jovem dicens πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ad partes etiam vocatur a DIOTOGENE Pythagorico in egregiis reliquiis Libri *de Regno*, quas *Stobaeus* conſervavit Flor. Tit. XLVI. pag. 332. Quod ſi tum Νεκυΐα, ad quam Timaeus reſpicit, quaeque prae reliquis Homeri libris in hoc genere Theologico fuit celebrata, tum alia divini Vatis loca ejusmodi ſunt, ut vere dixerit *Homericae Vitae Auctor* (pag. 337. Ed. Gal.) " quaecunque de *Providentiâ* & " *Fato* diſputarunt Graecorum Philoſophi, eo- " rum omnium prima ſtamina dediſſe Home- " rum";

" rum "; (τούτων δὲ πάντων τὰς ἀφορμὰς Ὅμηρος παρέχει,) Homerus quoque antiquiſſimus fuit auctor illius opinionis, mundum a Deo regi, qui vindex ſit aequi & boni, cujusque ſub praeſidio alii inferioris ordinis *adminiſtri & tranſactores* rebus provideant humanis, —— καὶ προβουλεύονται οἱ θεοὶ, ἐξάρχοντος τοῦ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πατρὸς, ut verbis ejusdem Scriptoris utamur (pag. 339.).

Igitur, quam ab *Ionico Poëta*, forte ab Ionicis Philoſophis, aut magis a communibus omnium praeceptoribus, Aegyptiis ſacerdotibus, accepit perſuaſionem Schola Philoſophorum Italica, illa in pluribus eorum Fragmentis reperitur, ex quibus unum tantum adſcribemus, Critices auxilio ſummopere indigentem. PERICTYONES illud eſt, mulieris Philoſophae, ſeu cujuscunque demum vel foeminae vel viri Pythagorici. Uti enim libentiſſime adſentimur Criticorum principi, *Richardo Bentlejo*, quando perſonatos Epiſtolarum Graecanicarum Scriptores, Fabulas Aeſopéas, & quae ſunt plura hujus generis, falſi arguit, ita cupiditate quadam abreptus videtur, cum eandem dicam ſcribit plerisque Pythagoréorum, noſtrae etiam *Perictyones*, Fragmentis (mulierem in virum male converſam dolemus a Clariſſimo Bentleji In-

Interprete Latino, ſed quem acutiſſimi morbi vis jam tum fregerat, *Reſp. ad Boyl.* pag. 214.) Quidquid ſit hujus rei, & an vere fuerit aliqua Perictyone Pythagorica, quam quaeſtionem ulterius exquirere nunc quidem non fert occaſio, dignum erat inſigne Fragmentum (etiamſi Pythagora forte recentius) Libri *de Mulieris Harmoniâ*, ut medicinam ei facere tentaret Cl. FREDERICUS JACOBS in *Epiſtolâ Criticâ ad Nicolaum Schow*, qua ingenii in reſtituendis Pythagoricorum laciniis, a *Joanne Stobaeo* ſervatis, plus ſemel demonſtravit felicitatem. Videamus tamen, an de hoc quidem, forte & altero loco, cauſſa ſit, cur a viro eruditiſſimo eatenus diſſentiamus, ut aliam medendi viam commendandam eſſe putemus. Fragmentum exſtat Serm. LXXVII. p. 457. & *de officio pietatis erga parentes* agit his verbis: οὔτε λέξαι δεῖ κακὸν γονέας, οὔτε ἔρξαι. πείθεσθαι δὲ μικροῖσί τε καὶ μεγάλοισι γονεῦσιν, ἐν πάσῃ δὲ ψυχῆς καὶ σώματος τύχῃ, καὶ τῶν ἔξωθεν, καὶ ἔν τε εἰρήνῃ ἢ πολέμῳ καὶ ὑγιείῃ καὶ πλούτῳ καὶ ἀπορίῃ καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίῃ, καὶ ἰδιώτῃσι καὶ ἄρχουσιν ὁμουρέειν δεῖ καὶ φεύγειν μηδέποτε· πείθεσθαι δὲ μονουχὶ καὶ μανίῃ· πεπνυμένα γὰρ ταῦτα καὶ κρήγυα τοῖσιν εὐσεβέεσιν· εἰ δέ τις γονέας ὙΠΕΡΦΡΟΝΈΟΙΕΝ, ἸΔΈΗ ΚΑΚΩ͂Ν ταύτῃ

καὶ

καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτία παρὰ θεοῖσι γράφεται, ὑπό τε ἀνθρώπων μισέεται, καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι' αἰῶνος κακοῖσιν ἁπτομένη ὑπὸ δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν θεῶν, οἳ τούτων ἐπίσκοποι ἐτάχθησαν τῶν πρηγμάτων· θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων, καὶ ἡ τουτέων ὌΨΙΣ *καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει, καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι* ΚΑΙ *θεωρίην* ἘΌΝΤΩΝ. *δοκέω δὲ μὴ θεοὺς* ΦΡΟΝΈΕΙΝ, *ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. καὶ ζῶντας οὖν καὶ ἀποιχομένους σέβειν χρή, καὶ μηδέποτε ἀντιλεχαίνειν· ἀλλ' ἢν καὶ ἀγνοῶσι νούσῳ ἢ ἀπάτῃ παρηγορεῖν καὶ διδάσκειν· ἐχθρεύειν δὲ μηδαμῆ· μείζων γὰρ ἁμαρτίη καὶ ἀδικίη ἀνθρώπων οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ εἰς πατέρας ἀσεβεῖν.*

Egregium eſſe locum, nemo inficias iverit, ſive a Dorica Perictyone, quacunque demum Dialecto, haec primum ſcripta ſint, ſive eundem ſimilemve auctorem habeant illi, cui Hippocratis & Democriti Epiſtolas, pari propemodum colore inſignes, debemus: Satis eſt ſi de nonnullis, quae ſub Pythagoréorum nomine ſuperſunt, reliquiis verum ſit, quod de Epiſtolis Socraticis pridem dicebamus, ſub falſis quidem perſonis confictas, non tamen ab eorum aut Philoſophiâ alienas, aut aevo longe remotas

vi-

videri. Neque quemquam effugit pars Fragmenti illa, cujus causſâ praecipue de eo agimus, οἱ nimirum ἔνερθεν θεοὶ, ἐπίσκοποι πρηγμάτων ἀνθρωπίνων ταγένες. Sed caetera quam obſcura ſunt? quam foede corrupta? *Joannes* tamen *Chriſtophorus Wolfius*, pro more, ut ſaniſſima transſcripſit inter *Fragmenta Mulierum Graecarum* pag. 190. Leve eſt, quod initio Fragmenti addenda ſit propoſitio ἐν, *parentibus obtemperare oportet in rebus minimis & in rebus maximis*, πείθεσθαι δὲ ἐν μικροῖσι τε καὶ μεγάλοισι. Porro antitheſis, quae eſt in ſequentibus, *pacis & belli*, *opum & egeſtatis*, *gloriae & infamiae*, ſuſpicionem movet, propter ſimilitudinem proximae vocis πλούτῳ excidiſſe alteram, legendumque: ἐν τε εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ καὶ ὑγιείῃ καὶ νούσῳ καὶ πλούτῳ κ. τ. λ. Verum quid ſibi volunt ſequentia? εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοιεν, ἰδέῃ κακῶν ταύτῃ κ.τ.λ. *Gesnerus* perſpicue vertit: *Contemptus autem parentum peccati genus ejusmodi eſt, quod in vivis ſimul atque defunctis divinitus damnatur*; perſpicue, inquam, haud fideliter. Ipſa quidem ἁμαρτία dici poterat γράφεσθαι παρὰ θεοῖσι, *deferri* nempe a Diis, ἐπόπταις vel ἐπισκόποις, ad ſummum Jovem, ejusque mox *inſcribi pugillaribus*, ut impias Eryſichthonis adverſus Cere-

rem

rem minas Nemesis *Callimachéa*, Hymn. in Cer. v. 57.

Ἐιπεν ὁ παῖς· Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.

Ast quid est, γράφειν vel γράφεσθαι ἁμαρτίαν ἰδέη κακῶν; — *Impietas in parentes species* quidem *mali* est; sed quam ineptum est, atrox scelus ut *speciem* tantum *aliquam peccati* notari ἐν ταῖς τοῦ Διὸς διφθέραις; Praeterea dicendum fuerat ἰδέη κακοῦ, non κακῶν. Summo itaque jure Doct. *Jacobs* d. l. pag. 278. *suspicatur ulcus aliquod latere*, quod sanari posse putat legendo: εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοι, ἢ λέγοι κακῶς. Jam ante Jacobsium Cl. Gisb. Koenius, a quo Fragmenta Pythagoréorum salutem exspectabant, nisi mors immatura etiam hunc optimum disciplinae Valckenaerianae alumnum abripuisset; — *Koenius* ad Greg. de Dial. pag. 187. correxerat: εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοιεν ἢ λέγη κακὸν, ut idem quoque addendam praepositionem ἐν in superioribus viderat. Atque adeo emendationi, in quam duo praestantes diverso tempore Viri inciderunt, acquiescendum videretur, nisi difficultas esset in sequentibus ταύτη καὶ ζώση καὶ θανούση ἁμαρτία γράφεται. Scribendum saltem fuerat ταύτης καὶ ζώσης καὶ θανούσης (ψυχῆς) ἁμαρτία γράφεται. At

At vero *viventis agentisque* animae peccatum a Diis notatur, tabulisque inſcribitur, non *morientis:* Mortua *plectitur* ob delicta apud ſuperos commiſſa. Igitur γράφεσθαι hoc loco magis *accuſandi*, *in jûs vocandi*, quam ſimpliciter *notandi* aut *inſcribendi* ſignificatione, accipientes exiſtimabamus, emendationem ex Jure Attico petendam; ex illo nempe Jure, quod vel ipſis Graeciae Magnae Civitatibus, Athenienſium magnam partem Colonis, haud incognitum erat, ſi ab antiquo aliquo Pythagoréo ſcriptum eſſe Fragmentum credamus, multo autem magis notum recentiori alicui ejus Auctori, ſi talem vel Atticum vel cujuscunque demum Scholae Philoſophum aut Sophiſtam ſub Perictyones nomine latere nobis perſuadeamus. Fallimur forte; ac ſane conjecturae noſtrae plus tribueremus, ſi eam probaſſemus illi, cui noſtra & placere & probari in magnâ laudis parte ponimus. Interim, dum iſte nobis ſcrupulus eximatur, *morientis animae crimen*, *ob facta ante commiſſa*, *notari non poſſe*, expromemus illam, eâdemque occaſione de pietate Legum Atticarum nonnulla addemus, quae ab hoc forte loco remota non videbuntur.

Inter varia actionum genera, quae in Foro Attico cognitae erant, haud infimo loco fuit

accusatio, quae dabatur adversus filios impios in parentes; adversus maritos erga uxores, quae bona paterna possidebant, injurios; denique adversus tutores pupillis suis iniquos. Haec actio, quam *malae tractationis* dixerunt Romani, etiamsi cuivis eam intendere volenti libera esset, species tamen tantum erat accusationis privatae, atque adeo inter δίκας ἰδιωτικὰς numeratur a *Polluce* Lib. VIII. Segm. 31. nequidquam obnitente *Salmasio* de *Modo usur.* pag. 130. quippe qui *actionem popularem* male confundit cum *accusatione publicâ* (quod discrimen non minus in Jure Attico locum habuit, quam in Foro Romano;) dicebaturque haec actio δίκη κακώσεως. HARPOCRATION, κακώσεως δίκης ὄνομά ἐςι ταῖς τε ἐπικλήροις κατὰ τῶν γεγαμηκότων, καὶ κατὰ τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι, καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τοῖς ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους, κ. τ. λ. ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος. — Auctor Λέξεων Ῥητορικῶν, quem ex Codice Sangermanensi descriptum beneficio amicissimi *Ruhnkenii* debemus; Κακώσεως καὶ κατὰ τίνος ἐδίδοτο; Δίκης ὄνομα ἐςὶ κατὰ τῶν ἀνδρῶν ταῖς ἐπικλήροις γυναιξὶ διδομένη· καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τοῖς ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν ἐπεξιοῦσι· καὶ κατὰ τῶν γονέων· καὶ ἡ τοιαύτη δίκη οὕτως ἀπεφέρελο, γονέων κακώσεως, ὀρφανῶν κακώσεως, ἢ οἴκου ὀρφανικοῦ κακώσεως.

σεως. Harpocrationem non tantum, sed & *Suidam* v. κακώσεως comparanti, facile est mutilum locum supplere, καὶ κατὰ τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι. De triplici hac κακώσεως actione, quae Leges Atticas tractantibus nobis considerandae forent, una tantum ad rem praesentem facit, quae dabatur τοῖς γονεῦσι κατὰ τῶν παίδων. Scilicet Graeci quidem in universum omnes reverentiâ erga aetatem senilem fuerunt laudatissimi: (De Spartanis res vulgo nota est:) Sed Athenienses praesertim ex instituto Solonis, ad quem trina ista κακώσεως δίκη quoque referenda est, pietate adversus parentes prae cunctis aliis gentibus praestiterunt, ita ut impietas erga patrem matremve eodem haberetur loco iisdemque vindicaretur legibus, ac si quis turpiter militiam detrectasset, aut clypeum in pugnâ abjecisset, aut aliâ quavis de caussâ meruisset infamiae notam: Nemini in concione dicere fas erat, nemo cum populo agere poterat, qui in genitores suos injurius fuisset vel ingratus, quia (ut auctor est AESCHINES *contra Timarchum* pag. 4 & 5.) "qui in illos impius fuerit, quos "*Deorum instar honorare* oportet, is in homines alienos totamque civitatem non minus iniquus fore videatur". Atque inter δοκιμασίας capita praecipuum erat, εἰ τὰς γονέας

εὖ ποιεῖ. Eadem de futuris Thesmothetis non ſolum (quod videri poſſet ex POLLUCE Lib. VIII. Segm. 85.) ſed de Archontibus in univerſum, cum magiſtratum peterent, habebatur in ſolemni ἐξετάσει quaeſtio ſeu ἀνάκρισις; &, qui pietatis erga parentes officium neglexerant, indigni cenſebantur, quibus Reip. committeretur adminiſtratio. Eximia haec populi Athenienſis ſcita, quae de Solonis legibus agenti pro meritis forent explicanda & illuſtranda, levius quam oportuerat, attigit MEURSIUS *in Solone* Cap. 22. Sed de iis quidem hic agendi non eſt locus. Id ſolum obſervamus, ex eâdem Solonis atque Athenienſium ſollicitudine pro parentibus aetate provectis, pro uxoribus cum dote in manu mariti poſitis, pupillisque, cauſſam ducendam eſſe, quare qui actionem illam popularem inſtituiſſet, ſi lite caderet, nullâ pecuniâ mulctaretur, etiamſi ne quintam quidem ſuffragiorum partem, imo nullum ſuffragium tuliſſet, quod in aliis accuſationibus ſecus erat: (Conſ. PETIT. ad *Leg. Att.* Lib. VI. Tit. I. pag. 445. ed. pr.) eademque ratio eſt, cur δίκην κακώσεως oranti nulla dicendi menſura, nulla clepſydra erat poſita. Ἦν δὲ ἄνευ ὕδατος, inquit *Harpocration*. (Vid. PETIT. Lib. II. Tit. 4. pag. 163 & 164.). Idcirco, cum haec po-

popularis actio frequenter ab Oratoribus Atticis memoretur, plura hic cumulari possent, quae silentio transimus. Insignis & de Lege Naturae, & de instituto Civili, & de accusatione κακώσεως, est locus DEMOSTH. *Phil.* IV. pag. 82. §. 58. Conf. LYCURGUM *contra Leocratem* in fine pag. 169. 1. praesertim locum prioris, quem designat *Harpocration*, *contra Timocr.* pag. 453, §. §. 96. 97. Verum non omittenda est, quae κακώσεως damnato statuta erat poena, infamiae scilicet, quam Romani dixissent *maximam*, saltem *mediam*, *capitis deminutionem*, ut impius scilicet sacris arceretur omnibus & foro, nullisque uteretur vel Civitatis vel Societatis etiam Civilis juribus, tanquam qui furti convictus esset, aut detrectatae militiae, aut turpis e proelio fugae. Lex exstat apud DEMOSTH. *contra Timocratem*, pag. 461. §. 165, ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεως ἡλωκὼς, ἢ ἀστρατείας, προειρημένων αὐτῷ τῶν νόμων εἴργεσθαι, (sic legendum videtur) εἰσιὼν ὅπη μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν· κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν· ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτίσαι· ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ. —— Itaque, si qui propter impietatem adversus parentes infamiâ no-

tatus esset, templa tamen ingrederetur, aut sacrorum uteretur communione, aut in concionem Populi Attici veniret, novo isto crimine accusatus, ab Heliastis ad quamvis poenam, etiam capitalem, uti videtur, damnari poterat: Atque inde explicandus locus LYSIAE *Orat. contra Agoratum* pag. 268, (ed. Tayl.) ὅστις οὖν τόν τε γόνῳ πατέρα τὸν αὑτοῦ ἔτυπτε, καὶ οὐδὲν παρεῖχε τῶν ἐπιτηδείων, τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο, ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά, πῶς οὐ καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιός ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι; Etenim, nisi nova caussa accederet, ipsum κακώσεως γονέων delictum, capitis deminutione, non mortis naturalis poenâ, mulctabatur.

His praemissis, videant jam harum litterarum periti, an sine omni veri specie locum *Perictyones* restituere velimus hunc in modum. Εἰ δέ τις, γονέας ὙΠΕΡΦΡΟΝΈΟΙ ἊΝ, ΔΊΚΗ ΚΑΚΏΣΙΟΣ ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτίᾳ (in Dativo) παρὰ θεοῖσι γράφεται. —— *Si quis vero parentes unquam spreverit, malae tractationis crimen illi, hoc peccanti, & vivo & mortuo, apud Deos intenditur.* Metaphora ex Foro Attico, uti dicebamus, desumta esset; nec quemquam offendat, quod sic ἁμαρτία ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνοντος, *scelus* pro *scelesto*, per tropum

pum ponatur. Voces autem 'ΙΔ'ΕΗ & ΔΙ'ΚΗ unâ tantum literulâ differunt; & formae Ionicae vox κακώσιος decurtari potuit ab eo, qui Jus Athenienſium plane ignoraret. Nihil denique ad confirmandam emendationem noſtram magis facit, quam eadem DEMOSTHENIS *contra Timocratem* Oratio. Timocrates nimirum Legem propoſuerat, quam *Libanius* merito dicit μάλα φιλάνθρωπον, ut quicunque ad pecuniam publicam ſolvendamve mulctam damnatus eſſet, datis praedibus, carceris ſitum ac ſqualorem evaderet, quâ Lege humaniſſimâ nunc etiam Angli utuntur. Illam pro Diodoro Accuſatore exagitans, Demoſthenes odium Timocrati & invidiam quavis ratione conflare nititur, inter alia argumenta & iſto, quaſi per hanc Legem omnes, qui tantum non ad mortem eſſent damnati, datis praedibus, carcere ſe poſſent liberare, etiam illi qui ex Lege Solonis κλοπῆς vel κακώσεως crimine eſſent convicti. "Talem (inquit) Legislatorem capite plecti "oportet, ut *qui apud Inferos impietatis ſunt* "*damnati* tam amicâ illis Lege, ab ipſo per "Orcinam quandam rogationem ferendâ, gau-"deant, nos vero inter vivos piis ac juſtis "Legibus antiquis uti in poſterum ſinat." Κατὰ τȣ̃το γ' αὐτὸ ἄξιον αὐτὸν εἶναι θανάτῳ ζη-

μιῶσαι, ἵνα ἐν ᾅδῃ τοῖς ἀσεβέσι θῇ τῦτον τὸν νόμον, ἡμᾶς δὲ τὺς ζῶντας τοῖςδε τοῖς ὁσίοις καὶ δικαίοις ἐᾷ τολοιπὸν χρῆσθαι. pag. 461. §. 163. Simili modo *Perictyone*, καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι᾽ αἰῶνος κακοῖσιν ἁπτομένη ὑπὸ δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν θεῶν. Ista, fatemur, scabra sunt quodammodo ac minus rotunda, cum, ut vere observat Cl. *Jacobs*, verbum desideretur, unde pendeat ὑπὸ γῆν. Vis quidem non foret, si legeremus; καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι᾽ αἰῶνος κακοῖς συνάπτεται ὑπὸ δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν θεῶν: *Et sub terram impia erga parentes anima in loco isto* (tenebricoso nempe & Phlegethontéo, per euphemismum designato) *per omne aevum cum malis haud dissolvendo veluti vinculo copulatur a Vindictâ Divinâ, Diisque inferis.* Satius tamen forte fuerit κακοῖς συναπτομένη servare, & μισέεται ex praecedentibus repetere.



CA-

CAPUT QUINTUM.

Perictyones Stobaeanae *Fragmentum bis correctum.* Θεωρία, cultus & observantia Numinis, vel rei alicujus excellentioris. Ἔχειν τι, finem aliquem aut effectum necessario conjunctum habere. *Locus* Thucydidis *expositus. Proverbium* μετὰ πολλῶν, non tibi hoc soli. Ἀμφιχορεύειν *non tantum* stellae, *sed & ipsum* coelum *Veteribus visum. Conjectura in* Ovidio *proposita. Fragmentum* Euripidis *apud* Probum *Grammaticum restitutum.* Φάος *pro* aethere *apud Euripidem.* Δίναι, δῖνος, δινεῖσθαι, *proprie dicta de motibus corporum coelestium. Hymnus* Orphicus *emendatus.* Perictyones *Fragmentum ultimo loco correctum, & Latinâ interpretatione donatum.*

In emendando Perictyones Fragmento pergimus. Leve vitium est, quod sequitur, θεὶν

γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων, καὶ ἡ τουτέων ἌΨΙΣ καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου κ. τ. λ. Legendum, καὶ ἡ τουτέων ὌΨΙΣ καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου. Auctor comparationem instituit inter admirationem illam, metumque propemodum religiosum, quo corpora spectamus coelestia, solem & astra, quibus coelum micat & in gyrum verti videatur, reverentiamque & amoris affectum, quo parentes veneramur; ac contemplationem genitorum nostrorum divinum quid magis & pulchrius habere adfirmat. Hoc est, quod sequitur, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸν ἐναψάμενον ἀμφιχορεύει, (haec postrema, poëtica plane, finem Hexametri alicujus continere videntur) καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι ΤΩ͂Ν θεωρίην ἘΧΟ΄ΝΤΩΝ. Sic mutato καὶ in τῶν (utrumque siglâ olim scribebatur) & additâ unâ litterâ χ, sanatus & perspicuus, nisi fallimur, locus est, quem ut corruptum *Gesnerus* jam notaverat, & in quo se torserant olim Librarii; nam Codex Parisinus primus, ut ex collatione patet Grotianâ in margine Stobaei Leidensis, habet ἐόντων καὶ θεωριῶν. Cl. *Jacobs* tentabat: καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θειότερον τῶν ἐόντων. Sed significatio exquisitior, quam vox θεωρίη habet hoc loco, Librarios turbavit.

Θεω-

Θεωροὶ, inquit HARPOCRATION, λέγονται — οἱ εἰς θεοὺς πεμπόμενοι, καὶ ὅλως τοὺς τὰ θεῖα φυλάττοντας, ἢ τῶν θείων φροντίζοντας, οὕτως ὠνόμαζον: Nec minus θεωρία erat *cura rei divinae, cultus & observantia personae vel rei, quae Numen aliquod habere, aut conditione reliquorum mortalium excellentior esse videretur.* Λέγεται δὲ θεωρία, ait *Th. Mag.* pag. 446. καὶ ἡ περὶ τὸν θεὸν σχολὴ, καὶ διηνεκὴς αὐτοῦ φαντασία. — *Quis est tam vecors*, inquit CICERO *de Harusp. Resp.* Cap. 9. (nam suppositum Ciceroni foetum esse, *Marklando* nondum credimus) — *quis est tam vecors, qui cum suspexerit in coelum, Deos esse non sentiat?* Itaque θεωρεῖσθαι coelum dicuntur & astra, id est, *suspici sacro quodam cum horrore & reverentiâ*; & θεωρία est *observatio rerum ac corporum coelestium religiosa, cultusque* τοῖς σεμνοῖς πᾶσιν *exhibitus.* MENANDER in *Hypobolimaeo* ap. *Stobaeum* Tit. CXXII. (pag. 497. Ed. *Grot.*) loco classico, quem novissimus tentavit TOUPIUS *Ep. Crit. ad Ep. Gloc.* pag. 40.

— — τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,

Τὰ

Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχὺ,
Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἌΣΤΡ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ. ——

Ἄστρα est ex emendatione Bentlejanâ pro eo, quod olim erat, ἀστέρα. Valckenaerius ad oram Menandri, qui penes nos est, ex editione Clerici, malebat αἰθέρ', ὕδωρ, νέφη. Utrumque placere potest. Ὄψιν καὶ θεωρίην junxit THUCYD. Lib. VI. Cap. 24. pag. 394. Ed. Duk. quod ideo & nostro loco conveniens videri posset, pro ἄψις vel ὄψις καὶ θεραπείη, nisi hoc postremum synonymum plane esset τῆς θεωρίας. Θεωρὸς, inquit *Thomas Magister*, — πρὸς τὸ θῦσαι καὶ θεραπεῦσαι τὸν θεόν. —— Porro probatione vix indiget usus verbi ἔχειν apud Graecos, quo ἔχειν τι dicuntur ea, quae *qualitatem aliquam vel finem aut effectum necessario conjunctum habent*; φθόνον ἔχειν, *invidiam necessario parere*; ἔχειν μεταβολὰς, *mutationibus esse obnoxium*; αἰτίαν ἔχειν, *criminationi locum dare*, vel, ut Latini etiam dixerunt, *crimen habere*. SOPHOCL. *Electra* v. 527.

— Ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω.

Equidem nullius ego injuriae auctor sum.

Eu-

EURIPIDES *in Hercule.*

Τὸ μὲν σφαγῆναι δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει.
Τὸ μὴ θανεῖν δὲ δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

Ita enim legendum, uti eſt apud PLUT. Tomo II. pag. 447. non uti eſt in STOBAEO *Grotiano*, Tit. VII. pag. 47. τὸ μὴ θανεῖν δ' ȣ̓ δεινὸν. Eſt hic uſus verbi ἔχειν THUCYDIDI frequens, apud quem ἔχειν ἀγανάκτησιν *eſt indignationi cauſſam dare*; ἔχειν κατάμεμψιν, *reprehenſioni anſam praebere*, Lib. II. Cap. 41. uti optime pluribusque exemplis phraſin ibi interpretatur *Dukerus*, quod & poſt eum egit *D'Orvillius* ad Charit. pag. 468. Sed miramur Virum eruditionis rarae ac judicii exquiſiti haeſiſſe in alio THUCYDIDIS loco, Lib. nempe VII. Cap. 74. ubi ἰσομοιρία τῶν κακῶν dicitur ἔχȣσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κȣ́φισιν. Neque iſtud τὸ μετὰ πολλῶν ellipticum eſt, ut voluit Scholiaſtes; neque τὸ ibi accipi debet pro διὰ τὸ, ut putabat Dukerus; ſed per appoſitionem jungendum eſt cum ſequenti κȣ́φισιν. *Aequalis malorum ſocietas levamentum caeteroquin aliquod habens, id nempe quod vulgo dicitur, cum pluribus.* Proverbialiter dicta articulo praepoſitivo, ſubſtantivorum inſtar, deſignantur. Τὸ μετὰ πολλῶν i. e. *quod proverbio dicitur: Sola-*

lamen miſeris ſocios habuiſſe malorum; vel: *Non tibi hoc ſoli.* Herodotéum μετὰ πολλέων δὲ, Lib. VI. Cap. 68. quod Thucydides forte reſpexit, notare non neglexit ad Euripidéa (*Hipp.* v. 439.) — τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν, ſummus *Valckenaerius.* Ut ille e Graecis, ſic plura etiam e Latinis dedit Cl. noſter *Ruhnkenius* ad *Vellejana*, Lib. II. Cap. 91. *Quippe ita ſe mores habent, ut publicâ quisque ruinâ malit occidere, quam ſua proteri, & idem paſſurus minus conſpici.* — *Uſitata* haec, quae *Ciceroni* dicitur, *conſolatio* videbatur etiam Thucydidi *levamen aliquod adſerre miſeriarum ſociis*, ἔχειν τινα κοῦφισιν. — Pariterque τὰ θεωρίην ἔχοντα Periĉtyonae noſtrae dicuntur, *quae cum admiratione & veneratione ſpectantur*, ſeu *quae obſervantiâ ſingulari & cultu velut divino digna ſunt*, — *ſempiterni* nimirum *illi ignes* (verba ſunt CICER. *in Somnio Scip.* Cap. 3.) *quae ſidera & ſtellas vocamus, quae globoſae & rotundae, divinis animatae mentibus, circulos ſuos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* Iſta enim Veterum fuit opinio, *ipſas ſtellas coelum tanquam choro circumdare, non contra coelum ſtellas*, uti animadvertit Cl. *Jacobs*, appoſite adferens Fragmentum *Euripidis* in Pirithoo.

— ἀκρι-

—— —— ἄκριτος δ' ἄστρων
*Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύῃ.

Quae quidem metaphora etiamſi frequentior ſit, haud minus tamen recte in Fragmento, quod tractamus, ὐρανὸς dicitur ἀμφιχορεύειν: Et facile ſe ex verbis Perictyones expediet Vir doctiſſimus, ſi meminerit, ipſum quoque *coelum*, *ſtellis fulgentibus aptum*, in gyrum moveri antiquis fuiſſe viſum. OVID. Met. L. II. v. 70.

Adde, quod adſiduâ rapitur vertigine coelum,
Sideraque ALTA trahit, celerique volumine
torquet.

in quo loco

Sideraque APTA trahit, celerique volumine
torquet,

legendum cenſeremus, ſi aliud in Ovidio exemplum ad manus eſſet, ubi *aptus* ſignificet *conjunctum*, *connexum*, *appenſum*; quae ſignificatio vocis *aptus* primitiva antiquioribus, *Ennio*, *Lucretio*, dein *Ciceroni* & *Virgilio*, frequentata eſt. —— Idcirco, cum *Regnator* univerſi *coelum* aeque ac terras *numine* ſuo *torquere* videretur, in eodem *Pirithoi Euripidéi* loco

ai-

αἰθέριος ῥύμβος memoratur; & in Hymno *Orphico* III. v. 4. οὐρανὸς celebratur

Οἴκυ θεῶν μακάρων ῥόμβυ δίναισιν ὁδεύων,

uti, elegantes istas reliquias Euripidéas tractans, animadvertit *Valckenaerius* noster *Diatr. Eurip.* Cap. v. pag. 39. Idem vero iste versus Orphicus nobis profuit in constituendo altero Fragmento EURIPIDEO, quod veluti ex illius *Cadmo* (caeteris vix cognito Dramate) excitat PROBUS ad *Virg. Ecl.* VI. v. 31. his verbis. "Ἠδ' Αἰδωνεὺς (in Fragmento *Empedocleo*, " de quo agit) *Ditem patrem* Glossa significat: Sed accipere debemus *Aëra*, quem *Euripides in Cadmo* χάος adpellavit, sic: Οὐ" ρανὸς ὑπὲρ ὑμᾶς ΚΑΙΝΩΣ φοιτῶν ἕδος δαι" μόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, οἱ " μὲν ὀνομάζουσι ΧΆΟΣ. Quia quibusdam vi" detur *aëra* &c." *Josephus Scaliger*, illa tractans *Conj. in Varr.* p. 81. facile senserat; istud καίνως φοιτῶν nihili esse; legeratque οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς, φώτων ἕδος δαιμόνιον. Scaligero, in Graecis quidem, haud minor VALCKENAERIUS *Diatr. Eurip.* Cap. II. pag. 12. *meliora*, ait, *necdum tamen sincere scripta, prout olim prodierant; praestare ausim, si sic legantur:*

— Οὐ-

— Οὐρανὸς θ' ἡμᾶς ὕπερ
Καὶ γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
Τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

Sic plane evanefceret ifta coeli circum fuos polos converfi mentio, cujus cauffâ hunc maxime locum tangimus. Verum conjecturae fuae Valckenaerium merito diffidiffe cenfuit Musgravius *Fragm. Eurip.* pag. 556. locum, corruptum, uti erat, transfcribens, quod feceerat & ante illum Heathiu's *Not. ad Trag. Graecos* pag. 171. — Nos quidem fpatium illud, quod medium eft inter coelum & terram, ab Euripide unquam dictum fuiffe Χάος, ne centum quidem Varronibus, nedum Probis aut Fulgentiis, aliisve ejus gregis hominibus, crederemus: Teftisque nobis contra vel folus foret *Ariftophanes*, qui, dum Anaxagoréa Euripidis ridet, (qualia Tragicus protulerat in *Menalippe*, *Fragm. Musgr.* XXII. in *Oedipo*, *Fragm. Musgr.* XVII, & alibi faepius) ita philofophatur in *Avibus* v. 694. ut doceat Χάος fuiffe ante *Coelum* & *Terram* & *Aethera.*

χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ
τάρταρος εὐρὺς,
γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

Sed *Aëra* eodem tempore quo *Chaos*, quin & ipsum *Chaos* fuisse, in Veterum Cosmologiâ inauditum est; quare de novâ hac sententiâ, Euripidi tributâ, nullam vel falsi vel vitii suspicionem Viris summis obortam esse, miramur. Videamus an, quae in hoc genere saepius dominatur, fortuna nobis magis riserit: Et lenissimâ quidem mutatione (Critice ignem & ferrum odit) rem peragi posse putamus; hoc nempe modo.

— — Οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ
ΔΊΝΑΙΣΙ φοιτῶν ἐστι δαιμόνων ἕδος·
Τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
ΧΆΟΣ μὲν ὀνομάζουσι.

Legitimos & Euripide non indignos esse senarios aequi, auguramur, arbitri judicabunt; & ridiculum istud *Tartareumque Chaos*, unâ asperâ alterius loco positâ, in *lumen* i. e. in *aethera* fuisse conversum. Nimirum tria *Chaos* enixum fuerat, ut Aristophanéa iterum adhibeamus, γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ οὐρανόν. Horum ἀὴρ, vel, quod idem est, αἰθὴρ, medius erat *coelum* inter & *terram*; & de *aëre* vel *aethere* ibi agebat Probus, laudatis paulo ante Euripidéis (vid. *Diatr. Eur.* pag. 47.)

Ὁρᾶς

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις.

Aether Euripidi ſaepius celebratur, ἱερὸς, σεμνὸς, λαμπρὸς, & quae ſunt plura hujus generis. Rarius λαμπρὸν iſtud διάστημα, quod inter coeleſtium ſedem, & inter mortalium terram matrem, intereſt, dictum illi fuerat φάος; atque adeo hoc notatu dignum Probo viſum eſt. In *Phoeniſſis* eſt v. 816.

— φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς.

Atque haec quidem, occaſione locutionis metaphoricae, qua Perictyone utitur, in tranſitu dicta ſunto. Intelligimus profecto, nos longius a propoſito aberrare; &, pro amphorâ ſi non urceum exire, dum tamen dicere inſtituimus de locis Veterum, ubi *Vindictae divinae* eſt mentio, de aliis nos deferri ad alia, ac ſic tandem in aliena prorſus delabi. At vero haec *Criticas Obſervationes* ſcribentibus ſive voluptas eſt, ſeu conſuetudo, ac mos inveteratus, cujus mutandi aut potius corrigendi nulla eſt neceſſitas. Nos certe opportunitatem unius alteriusve emendationis expromendae, etſi ad aliud argumentum pertinentis, non quidem ſtudioſe quaerendam, ſed, quando ſe commode offert, haud ne-

negligendam exiſtimamus. Igitur alteram, quam in Fragmento Cadmi fecimus, correctionem paulo latius confirmemus, eâdemque operâ ſeu ORPHEO, ſeu ONOMACRITO, ſeu quisquis fuerit, *Orphicorum Hymnorum* auctori medicinam faciamus. Legendum diximus:

— — Οὐρανός θ᾽ ἡμᾶς ὕπερ
Δίναισι φοιτῶν. ——

uti in Hymno Orphico III. v. 4. eſt οὐρανοῦ

— — ῥόμβου δίναισιν ὁδεύων.

Scilicet δῖνος, δίνη, & inde derivata, Philoſophis Graecis de motu coeli corporumque coeleſtium tam propria fuerunt, ut, ſicut caetera, Ariſtophanis non evaſerint vel dicacitatem, vel ſcurriles jocos. Δῖνος, ſcribit SUIDAS in iſtâ voce, ἡ περιδίνησις ἡ αἰθερία, ἡ συστροφή. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Ἀλλ᾽ αἰθέριος δῖνος. —— Locus eſt in *Nubibus* v. 379. ubi *immerentem* Socratem *vexans*, quaſi is de Phyſicâ Anaxagoréâ diſſerere, nubemque pro Junone amplecti eſſet ſolitus, dicentem eum facit:

Ἥκιστ᾽ ἀλλ᾽ αἰθέριος δῖνος.

(αἰθέριος ῥύμβος Euripidi eſt.) Respondet Strepſiades:

—— Δῖνος; τουτί μ᾽ ἐλελήθει,
Ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων.

Thom.

Thom. Mag. in v. Δῖνος, ἡ κυκλῷ στροφὴ, ἀφ' ἧς καὶ τὸ κύκλῳ στρεφόμενον σῶμα δῖνος· οἷον ὁ οὐρανός. *Empedocléa* e *Plutarcho* feruntur (*Poesis Philos.* pag. 24.)

— — ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις,
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται· συγέουσι δὲ πάντες.

Ubi MAXIMO TYRIO Diss. XXII. in f. (p. 271. ed. *Davisii*) mens hominis Philosophi dicitur συνθέουσα ἡλίῳ, συμπεριφερομένη σελήνῃ, συνδεδεμένη τῷ τῶν ἄλλων ἄστρων χόρῳ, *Marklandus*, legens συνδεδινημένη, verbum δινεῖσθαι proprie de stellis dici demonstravit. Exemplis, quae adfert, alia possent addi; sed in *Orpheo*, seu *Onomacrito* subsistamus. Hymno VI. est v. 4,

Ἀστέρες οὐράνιοι, Νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης,
Ἐγκυκλίοις δίναισι περιθρόνια κυκλέοντες.

Hymno VII. v. 7. Sol dicitur,

Ῥόμβου ἀπειρεσίου δινεύμασιν οἶμον ἐλαύνων.

Idem Fragm. VII. *Gesn.* petito ex *Macrobio* Sat. Lib. I. v. 18.

Πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.

Ergo quid vetat idem verbum δινεῖν alio loco

restituere? Hymno xxv. Tellus celebratur; & v. 9. est:

> *Ομβροχαρὴς, περὶ ἣν κόσμος πολυδαίδαλος ἄστρων*
> *Εἱλεῖται φύσει ἀενάῳ καὶ ῥεύμασι ΔΕΙΝΟΙΣ.*

Euripidis Fragmentum est e Pirithoo (Fragm. *Musgr.* 111.)

> *Ἀκάμας τε χρόνος περί γ' ἀενάῳ*
> *Ῥεύματι πλήρης φοιτᾷ.*

Corpora coelestia *ῥεύματι* feruntur *ἀενάῳ*· sed an *δεινῷ*; Mallemus equidem:

> *Εἱλεῖται φύσει, ἀενάῳ καὶ ῥεύματι ΔΙΝΕΙ.*

Forma passiva, fatemur, hac in re frequentior est: *Dion. Perieg.* v. 595.

> *Ἧς ὕπερ οὐρανίῃσιν ἀειρόμενος στροφάδεσσι*
> *Δινεῖται κατὰ κύκλον ἐν αἰθέρι καρκίνος αἴθων.*

Verum haud minus notum est, verba *δινεῖν* & *δινεύειν* potestate, quae neutro-passiva dicitur, quoque frequentari. Exempla de choréis, quales & astris tribuuntur, vel ex solo peti possunt *Homero*, Il. Σ. v. 494. *Apoll. Rhod.* Lib. 1. v. 216. aliisque. —— Haec scripta erant, cum moniti vidimus, *Joanni Matthiae Gesnero* eandem propemodum conjecturam natam esse, in notulis scribenti, *quid si δίναις*? nempe:

Εἰ-

Εἰλεῖται φύσει ἀενάῳ καὶ ῥεύμασι δίνης,

quae certe lectio minime absurda est: Eligant harum litterarum arbitri. Nos interim a περιδίνησι nostrâ ad locum, unde circumacti fuimus, id est, ad Fragmentum Perictyones redeamus.

Post ea, quae emendavimus, καὶ θεωρίην ἐόντων, sequitur: Δοκέω δὲ μὴ θεὺς ΦΡΟΝΕ'ΕΙΝ, ὁκότε τοῦτο ἐρέωσι γιγνόμενον. Vide, ut Auctor contrarium dicat ejus, quod intenderat? Igitur, qui Deos adesse adfirmarat ἐπισκόπους τῶν ἀνθρωπίνων, jam e Pythagorae Scholâ actutum transfuga in hortos Epicuri, Deos mortalia non curare arbitratur, nec parricidarum scelera respicere! — Sed Librariorum culpa est, uti pro acumine suo vidit Cl. *Jacobs* pag. 279. De vitio convenit inter nos; de remedio non item. Legit ille, δοκέω δὲ μὴ θεὺς καταφρονέειν: Ego, quomodo *Conradum Gesnerum* jam legisse illius interpretatio ostendit, δοκέω δὲ μὴ θεὺς ΦΟΡΕ'ΕΙΝ, ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. Verbum φορέειν, quod ut Ionicum in Lexicon suum retulit *Aemilius Portus*, in scenâ etiam Atticâ primitivi φέρειν saepe usum habuit. Vid. *Valcken.* ad Hipp. v. 316. — Atque ita totum Fragmentum, quod foedissime habitum fuerat, nos sanitati reddidisse confidimus; adeoque,

 ad-

additâ (secundum emendationem nostram) illius interpretatione Latinâ, hinc discedemus.

" Parentes nec verbis nec factis laedere oportet; sed illis & in parvis & in magnis mos gerendus est. Quin & cum illis habitandum est; neque unquam sunt fugiendi, quacunque demum utantur fortunâ, sive animi, sive corporis, sive rerum externarum, in pace & in bello, in prosperâ valetudine & in adversâ, seu in re lautâ versentur, seu angustâ, seu laude & gloriâ conspicui sint, seu viles & obscuri, seu Reipublicae admoti, seu privatam vitam agant. Parendum illis est & obsequendum, tantum non insanientibus. Ita enim pios facere & justum est & decorum. Si quis vero parentes contemnat suos, actio *malae tractationis* huic delicto & inter vivos & post mortem intenditur apud Deos (εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοι ἂν, δίκη κακώσιος ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτίᾳ παρὰ θεοῖσι γράφεται.) Hominibus ipsis odio est; & sub terram cum impiis isto in loco, per aevum, malorum vinculis implicitus tenetur a *Vindictâ divinâ*, Diisque inferis, qui horum constituti sunt inspectores facinorum. Divinus quippe & honestus est parentum conspectus. Imo illorum contemplatio & cultus talis est, qualis ne

" ne contemplatio quidem eſt vel Solis, vel
" omnium reliquorum Aſtrorum, quorum ac-
" cenſâ face celeri volumine torquetur coelum;
" aut ſi qua alia res major eſſe videatur eis
" ipſis, quae ſacrâ quadam cum reverentiâ ob-
" ſervantur (εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζόν
" εἶναι τῶν θεωρίην ἐχόντων.) Equidem exiſtimo
" Deos minime toleraturos eſſe impietatem in
" parentes (δοκέω δὲ μὴ θεοὺς φορέειν,) ſi quid
" tale fieri videant. Igitur & viventium pa-
" rentum perſonam, & defunctorum memo-
" riam, piâ mente venerari decet, neque un-
" quam garrire contra; ſed, ſi quid peccent,
" vel infirmitate ſuâ, vel dolo alieno in erro-
" rem acti, amice eos hortari & monere, nun-
" quam vero ſimultatem cum iis exercere. In-
" ſignius enim peccatum aut gravior injuria ab
" hominibus committi nequit, quam ſi in pa-
" rentes impie ſe gerant".



CAPUT SEXTUM.

Numina in mundo volitantia, inſpectores rerum humanarum, *& Legati Divinitatis; ſententia primum ab Heſiodo verſibus conſignata. Loca nonnulla Veterum de* pugillaribus Jovis. Statii *locus expoſitus.* Δίκη, Fatum, *Jovi a tabulis. Ethica* Homerica *&* Heſiodéa *de* Providentiâ divinâ, *injuſtitiae vindice. Fragmentum incerti Tragici apud* Joannem Stobaeum *emendatum.* Πόλος *non tantum* vertex axis coeleſtis, *ſed & apud Veteres* ipſum coelum. Δίκης ὄμμα, ὀφθαλμὸς, *Jovis oculus nunquam dormit. Conjectura in* Theocriti Piſcatoribus *propoſita.* Πόρος, ratio victûs quaerendi. *Fabula* Platonica *de clandeſtino* τῆς Πενίας *&* τοῦ Πόρου *concubitu. Fragmentum ex* Antiope Euripidis *correctum.* Ἐπιπίπτειν *de malis ſubito & ex improviſo ingru-*

gruentibus. Plutarchus *leviter emendatus.* Moschi Ἐπιτάφιος Βίωνος *correctus.* Ἅδης, Orcus, *malorum vindex, & scelestorum raptor.*

Praecedenti Capite id nos fecisse animadvertimus, quod apud Plutarchum (Tom. II. pag. 418.) *Empedocles* dicebat:

—— κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραις ποτιάπτειν
Μύθων, μήτε λέγειν ἀτραπὸν μίαν. ——

Jam quidem τοῖς πρώτοις τὸ προσῆκον ἐπιθήσομεν τέλος. — Multa, si quis hoc ageret, ad locum *Plautinum* praeterea dici possent de istâ parte Δαιμονολογίας Veterum, secundum quam *inspectores rerum humanarum, & quasi legati primae Divinitatis, circa terram praesentes versari existimabantur:*

Ὅσσοι δ' ἀμφὶ γαῖαν πωτώμενοι αἰὲν ἔασι,

uti est in Oraculo Apollinis Delphici, quod ex *Porphyrio* habet EUSEBIUS *Praep. Euang.* Lib. IV. pag. 145. Verum non ea est instituti nostri ratio, quibus satis est in gratiam juventutis Academicae demonstrasse, quam egregie Veteres ab antiquissimâ inde aetate versati sint in ornando loco Ethices Philosophicae, qui est de *divinâ*

in

in sceleratos Vindictâ. Cognitum enim est, Hesiodéam esse hanc, quam Plautus tradit, sententiam, infinitum existere numerum eorum, quae *Manilius* vocat (Lib. II. v. 18.)

— *Immenso volitantia Numina mundo.*

Opp. & D. v. 123.

Τοὶ μὲν Δαίμονές εἰσι, κ. τ. λ.

& v. 252.

Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, κ. τ. λ.

Quam sententiam, ne recentiores memoremus, plenius exposuit DAN. HEINSIUS *Introd. ad Hesiodi Opp. & Dies* Cap. 7. Atque ex illâ explicandum quoque putamus STATIUM *Sylv.* Lib. V. Carm. I. v. 37.

Macte animi: Notat ista Deus, qui flectit habenas
Orbis, & humanos propior Jove digerit actus.

Nam, etiamsi adsentiamur *Barthio*, Domitianum intelligi, cui Abascantii luctum placiturum esse, tanquam pietatis documentum, adfirmat *Statius*, nihil tamen impedit, quo minus in ambiguo is luserit, pro more Poëtarum istius quin & superioris aevi, Virgilii, Horatii, Ovidii, Manilii, Caesares suos inter Deos ἐπιχθονίους referentium, qui

qui *Capitolia Forumque Divi ab excelſâ aede proſpectarent.* Certe, quin iſti *actus humani*, *a propiore Deo digerendi*, referri debeant ad celebratisſimas Διὸς δέλτȣ πτυχὰς, nulli dubitamus. Ad easdem reſpexit alter Imperatoris ſui vel laudator vel adulator PACATUS in *Paneg.* Cap. 18. qui Theodoſium Auguſtum etiam a memoriâ laudans, qua in promiſſis perſolvendis nullius ſpem atque exſpectationem fallebat, *utrum te tamen*, inquit, *ipſe admones? an, ut illi majeſtatis tuae participi Deo feruntur adſiſtere Fata cum tabulis, ſic tibi aliqua vis divina ſubſervit, quae, quod dixeris, ſcribat & ſuggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promiſſo fidem ſubdas, & verba re ſancias.* Scilicet Graecis Δίκη, Latinis *Fatum*, vocabatur Numen, quod ſummo Jovi a tabulis erat aut pugillaribus. HESYCHIUS v. Σκυτάλαι, πίνακες, ait, ἐφ' οἷς ἡ Δίκη γράφει τὰ τῶν ανθρώπων ἁμαρτήματα. — Utrumque & Pacati & Heſychii locum, ipſi Valckenaerio, de Jovis διφθέραις agenti, non animadverſos, debemus indicio illius, quem Viro ſummo aequalem ſemper junget Poſteritas, — Cl. *Davidis Ruhnkenii.* At vero, ut hinc diſcedamus, nihil in univerſum habet locus Plautinus, quod non ex Homero Heſiodoque, gemino fonte Philoſophiae Poëticae, ſit petitum.

Qui,

Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt, quique in jure abjurant pecuniam;
Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem:
Quotidie ille scit, quis hic quaerat malum,
Qui hic litem adipisci postulant perjurio,
Mali res falsas qui impetrant apud Judicem.
Iterum ille eam rem judicatam judicat;
Majore mulctâ mulctat, quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.

Quis in his omnibus colorem non agnoscat Graecum, *Homericum* & *Hesiodéum*? *Il.* Π. v. 386.

Ζεὺς, ὅτε δὴ ῥ᾽ ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,
Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Opp. & Dierum v. 248.

Ὦ βασιλεῖς ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
Τὴν δὲ Δίκην· ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Ἀθάνατοι λεύσσουσιν, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
Ἀλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Et mox de *Fato* seu Δίκη, quae Patri assideat, mortalium facta notans, v. 256.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδρή τ᾽ αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Καί ῥ᾽ ὁπότ᾽ ἄν τις μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,

Αὐ-

Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι,
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
Ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.

Cujus utriusque veſtigia premens CALLIMACHUS Hymno in Jovem v. 82. loco notiſſimo, ad quem nonnulla de Diis ἐπόψιοις ſeu *inſpectoribus* collegit etiam Ezechiel Spanhemius:

—— —— ἵζεο δ' αὐτὸς
Ἄκρης ἐν πτολίεσσιν, ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι
Λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.

— Verum haec ſatis ſunt vulgata; &, cum plura ſimilia coacervari poſſent, ea tantum, uti ante dicebamus, hic a nobis tangenda ſunt loca, quae medicâ Critices arte indigere videantur. Non unus ejusmodi eſt apud STOBAEUM in Titulo, quem inſcripſit περὶ Δίκης παρὰ Θεοῦ τεταγμένης ἐποπτεύειν τὰ ἐπὶ γῆς γινόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, τιμωρὸν οὖσαν τῶν ἁμαρτανόντων, ſeu *Ecl. Phyſ.* Tit VII. Primum ponamus locum Incerti (*Stob. Grot.* pag. 119.)

—— — οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστι ΚΑῚ ΠΑΡῺΝ ΠΌΝῼ.

—— —— Oculus Jovis
Non dormit, operi ſed prope & praeſens adeſt.

Se-

Secundum hanc interpretationem suam *Grotius* etiam Graeca resinxit: In MS. fuisse monet *καὶ περ ὧν* Codex etiam Leidensis *καί περ ἂν πόνῳ* — Virum omnium longe maximum *pessime hunc locum contaminasse* (qui mollibus verbis raro uti solet) JOANNES TOUPIUS pronunciat, *Emend. in Suidam* Parte III. pag. 334. legens:

— ἐγγὺς δ' ἐστι καί περ ὧν ἌΝΩ.

Et tamen ipse a scopo aberrasse videtur. Nimirum, servatâ caeteroquin Codicis Parisiensis lectione, si postremum tantum litterae N ductum extriveris, exibit vera, ni fallimur, lectio:

——— οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστι ΚΑΙ' ΠΕΡ ὢν ΠΟ'ΛΩι.

Alexis Comicus, rotundam patinam *coelo* festive comparans, apud *Athen.* Lib. II. p. 60. A.

— — ἀλλὰ παρετέθη
Ὑπερηφάνως ὄζουσα τῶν ἁρῶν λοπὰς,
Τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον.

ad quem l. *Casaub.* Animadv. ad Athen. Lib. II. Cap. 19. pag. 123. *Polum appellat*, *non quod Astrologi*, *sed ipsum coelum.* Id est, quod ante dixerat *Schol. Aristoph.* ad Aves v. 179. ex quo sua hausit *Suidas* v. Πόλος, ubi πόλον interpretatur οὐρανόν. Pariter Scholiastes: Πόλον γὰρ

οἱ

οἱ παλαιοὶ, οὐχ, ὡς οἱ νεώτεροι, σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Εὐριπίδης Πειρίθῳ. Καὶ τὸν Ἀτλάντιον φρουρῶν πόλον. Integrum Fragmentum Euripidéum ex *Clemente Alexandrino*, (ubi versus Anapaesticus est legitimus,

Τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον,)

inter Fragmenta e Pirithoo retulit *Musgravius* Num. III. Et certe πόλος pro οὐρανῷ Euripidi frequentatum est. In eximio Cantico, quod ex Chrysippo Tragoediâ superstes, more suo, id est, uberrime & supra captum vulgarem, tractavit ὁ πάνυ *Diatr. Eurip.* Cap. III. pag. 19, & Cap. V. pag. 35.

— — τὰ δ' ἀπ' αἰθερίυ
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν.

Idem Tragicus in Epigrammate apud ATHENAEUM Lib. II. pag. 61. B.

Ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος ἥλιε τέμνων,
Ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμμασι πρόσθε πάθος.

Phrasin itaque Euripidéam ridendam sibi pro more sumsit ARISTOPHANES d. in Avibus loco,

Ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται
Ἅπαντα, διὰ τοῦτό γε καλεῖται νῦν πόλος.

H Qui-

Quibus perpenſis, vix dubitamus, quin Fragmentum, in quo emendando verſamur, revera ſit Euripidéum, ſic vertendum:

—— *Non dormit Jovis*
Oculus, ſed eſt prope, aetheris licet domo.

Eâdem ſententiâ, qua quae ex Tragoediâ habet Plut. *adv. Colotem* Tom. II. Opp. pag. 1124. F. χλευάζωσι δὲ ταῦτα καὶ γελῶσιν·

Ἔϛιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.

Καὶ

Πέλας γὰρ ἑϛὼς ὁ Θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Καὶ, Ὁ μὲν Θεὸς (ὥσπερ δὴ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος) ἀρχήν τε καὶ μέσα, καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντὸς, εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἕπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων τιμωρὸς τοῦ θείου νόμου. Quorum priorum Fragmentorum Poëticorum alteri probabile valde eſt *Valckenaerium* Diatr. Eurip. pag. 33. reſtituiſſe Tragici manum.

Ἑκὰς γὰρ ἑϛὼς ὁ Θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Conf. *Dan. Wyttenbachii* V. Cl. *Anim. in Plut. de S. N. V.* pag. 19. Euripides, non in Penelope quidem, etiamſi id nomen habet Stobaeus *Ecl. Phyſ.* Tit. XI. (*Grot.* pag. 143.) ſed alio quovis Dramate:

Οὐκ

Οὐκ ἔϛι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν·
Ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

THEOPHILUS *ad Autolycum* Lib. II. Cap. 37. pag. 377. (ed. Bened.) ubi plura collegit de *Ultione* Veterum Poëtarum dicta (nonnulla forte in ſequentibus tractanda) hos quoque habet ſenarios, Aeſchylo haud indignos.

Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἡσύχου
Λεύσσων προσώπου πάνθ' ὁμῶς ἀεὶ βλέπει.

Ita enim recte poſtremum verſum emendatum eſſe a *Theodoro Cantero*, Var. Lect. Lib. I. Cap. 4. teſtis eſt *Stobaeus*, eosdem ſub Incerti nomine adferens *Ecl. Phyſ.* Tit. VII. (*Grot.* pag. 111.) *Analecta Brunckii* Tom. III. Epigr. 476.

Κἂν με κατακρύπτῃς, ὥς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,
Ὄμμα Δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γινόμενα.

Nemo igitur negabit, quin idem ille Δίκης ſeu Διὸς ὀφθαλμὸς nullo prematur ſopore, ſed *omnia prope videat & notet*, *quamvis longe abeſſe in coelo videatur*, καί περ ὢν πόλῳ, ellipſi notiſſimâ, ut Ζεὺς αἰθέρι ναίων, Λυκίης πίονι δήμῳ, &c. quam exemplis ſibi confirmari quis Graece vel mediocriter doctus velit? Aliam potius conjecturam, in mutandâ pariter voce πόνος, pro-

 po-

ponamus, quae ab argumento quidem noſtro, non tamen a ratione, quam ſequi inſtituimus, aliena cenſeatur.

Inter *Idyllia* THEOCRITÉA, quae necdum ab omni parte integra praeſtare potuit acutiſſimorum Criticorum, Toupii, Brunckii, & Valckenaerii, in ſanandis Bucolicorum vulneribus dexteritas, numerandum certe eſt Idyllium XXI. Ἁλιεῖς. Vel ſolus v. 15. Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα, Medicum etiam nunc exſpectat, aut medicinam potius, qualis in exercendâ Criticâ emendatrice quaerentibus ſeſe ſubtrahit, non cogitantibus ſponte ſe offert. Nos quidem *canis* cum *ollâ* junctus diu multumque torſit: Sed nec verſus, qui hunc praecedit, licet nemini, quod ſciamus, ſuſpectus, ſanus videtur. Enumerantur inſtrumenta piſcatoria:

Ὁρμειαὶ, κύρτοι τε, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι,
Μήρινθοι, κῶάς τε, γέρων τ' ἐπ' ἐρείσμασι λέμβος,
Νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸς βραχὺς, εἵματα, πῖλοι.

Tum additur:

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς ΠΌΝΟΣ, οὗτος ὁ πλοῦτος.

At vero illa ipſa non erant *labor*, ſed *laboris inſtrumenta.* Qui ad ſequentia, οὗτος ὁ πλοῦτος, — πάντα περισσὰ, — πενία σφιν ἑταίρα — at-

attendat, is, auguramur, nobis assentietur, commodius multo legi:

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς ΠΌΡΟΣ, οὗτος ὁ πλοῦτος.

Haec piscatoribus omnis victus comparandi ratio, hic quaestus, hae divitiae; caetera, tanquam luxus & deliciae, superflua ab illis habentur. Πόρος ἀφορμὴ in genere est, ut *Hesychius* interpretatur, maxime tamen *modus quaestum faciendi, victus comparandi ratio, lucrum vel emolumentum quod ex re quacunque obvenit, reditus,* etiam *reditus publici*, uti notat *Ez. Spanh.* ad Aristoph. Ranas v. 1513. Ignis ad omnes artes utilissimus, & sine quo nulla mortalibus vita foret, a Prometheo *Aeschyleo* v. III. dicitur μέγας πόρος. Sed, quod animadverti velimus, πόρος vel πόροι aliquid habet, quod piscatoribus proprium est. In *Aristoph.* Equit. v. 313. Chorus ad Cleonem, Demagogorum istud exemplar odiosissimum:

Ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφηκας βοῶν
Κἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς πόρους θυννοσκοπῶν,

ubi in ambiguâ vocis πόρος significatione, quemadmodum saepius alibi, ludit Comicus. Ἀπὸ μεταφορᾶς δὲ τῶν ἁλιέων, inquit Scholiastes, τοῦτο εἶπε, τῶν ἀγρευόντων τοὺς θύννους. — Quin

 ab-

absurda forte haud videbitur suspicio, Theocritum in istis:

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς Πόρος —

& mox:

— ἄγραν Πενίας φὰν ἑταίραν,

respexisse ad fabulam de furtivis Πενίας cum ebrio Πόρῳ amoribus; quam fabulam, viris literatis Poëtisque, ut putamus, non incognitam ante, magis etiam celebravit, & ad hominum notitiam propagavit, elegantissima *Platonis* narratio *in Convivio* (Tom. III. Opp. pag. 203. B. C.) *Plotinus*, ubi eam ex suâ philosophandi ratione μυστηριώδει & horridâ explicat, *Ennead.* Lib. VI. pag. 299. A. τὸν πόρον interpretatur τὴν εὐπορίαν καὶ τὸν πλοῦτον τῶν καλῶν. Igitur, ex istâ τοῦ Πόρου & τῆς Πενίας consuetudine, par illud bene compositum, unde ὁ Ἔρως *prognatus* est, Bucolicus noster sejungere noluit, sed & hanc & illum Piscatori socios dedit:

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς Πόρος, οὗτος ὁ Πλοῦτος.
—— —— πάντα περισσά
Ταῦτ' ἐδόκει τήνοις· Ἄγραν Πενίας φὰν ἑταίραν.

Redimus in viam, unde paulum deflexeramus. Fragmentum, quod modo emendavimus, ut

ut Incerti laudat *Stobaeus*; negari vero nequit, colorem, ut modo dicebamus, inesse illi Euripidéum. Ejusdem Fragmentum est ex *Antiopâ* in eodem Titulo STOBAEI *Ecl. Phys.* VII. (pag. 123. *Grot.*)

Δίκα τοι, Δίκα χρόνιος·
Ἀλλ' ὅμως ὙΠΟΠΕΣΟΥ-
Σ' ἔλαθεν, ὅταν ἜΧΗι
Τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Horatiana

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo,

apte adhibuit ad istud Fragmentum *Barnesius*, quae eadem Flacci verba cum pluribus aliis in eandem sententiam conjunxit *Valcken. Diatr. Eurip.* Cap. XVIII. pag. 186. Sed neque Barnesius, neque (quod magis miramur) *Musgravius*, Fragm. Eurip. pag. 547. duplici vitio istas Antiopes reliquias laborare vidit. Manifestum satis est, nisi fallimur, a Tragico scriptum esse:

Δίκα τοι, Δίκα χρόνιος·
Ἀλλ' ὅμως ἘΠΙΠΕΣΟΥ-
Σ' ἔλαθεν, ὅταν ἝΛΗι
Τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Quam Valckenaerio, ante hos viginti-ſeptem annos, nos pene pueros conjecturam probare meminimus, illa peritis, ut ſperamus, nunc etiam non diſplicebit. Ἐπιπίπτειν dicuntur mala, quae nec opinantibus ingruunt. In Andromache eſt v. 1025.

— — οὐχὶ σοὶ μόνᾳ
Δύσφρονες ἐπέπεσον,
Οὐ φίλοισι, λῦπαι.

Ἑλεῖν hic eſt; alibi μάρπτειν; in Fragmento nempe, quod merito *peregregium* dixit Valckenaerius l. cit. quodque praeter Stobaeum conſervavit Plutarchus: Ἡ Δίκη

— — σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα μάρπτει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ.

Optimus dicti interpres PLUTARCHUS verbo ἐπιπίπτειν utitur (pag. 9. ed. *Wytt.*) ἡ δὲ ἀτρέμα καὶ βραδεῖ ποδὶ, κατ' Εὐριπίδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐπιπίπτουσα Δίκη τοῖς πονηροῖς κ. τ. λ. In eis, quae praecedunt (pag. 7.) una litterula addenda videtur, τὸ μὴ παρ' ἕκαστον ἀδίκημα τοῖς πονηροῖς ἐπακολουθοῦν κακὸν, ἀλλ' ΥΣΤΕΡΟΥ͂Ν, εἰς ἀτυχήματος χώραν τιθέμενοι. Quae *tardo pede antecedentem ſceleſtum* perſequitur Poena divina, Δίκη ὀπισθόπους, ὑστερεῖν vel ὑστερίζειν eleganter dicitur.

Sunt

Sunt alia Tragicorum apud *Stobaeum*, *Justinum Martyra*, *Theophilum*, etiam in contrariam sententiam loca, (sed a scelestis, quales Ixion, Sisyphus, Bellerophontes, in scenâ prolata) de quibus hac eâdem occasione quaedam disputari possent: Verum ad unicum, qui nobis in hisce scribendis fuit, finem, *Exercitationis* nimirum *Academicae* gratiâ, paucae, quas exprompsimus, animadversiones sufficiant; reliquas, confirmationem quoque emendationis Plautinae, *tertio Specimini* reservabimus, unâ interim adjectâ conjecturâ, quam simplicitate & facilitate suâ plerisque placituram confidimus.

Nullum ex totâ Antiquitate Graecâ superest Carmen, venustate & suavitate conditius, nullum etiam, in quo clarissimorum Criticorum felicius se exercuerit industria, quam dulcissimi Moschi Ἐπιτάφιος Βίωνος, & vel sic tamen in eo quaedam ulcera latent, quae partim sanabilia sunt, partim talia, ut eorum sanatio non nisi a Codice exspectanda videatur. Ad utramque classem referimus v. 119.

Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν ςόμα, φάρμακον εἶλες.
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη;

Τίς δὲ βροτὸς τοσῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον; ἔκφυγεν ᾠδάν.
Ἄρχετε κ. τ. λ.
Ἀλλὰ Δίκα κίχε πάντας. —

Quippe illud λαλέοντι vitiofum effe viderunt Editores, nuperrime Valckenaerius; & res ipfa clamat: Nobis in mentem venit:

Τίς δὲ βροτὸς τόσῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δῦναι κεράοντα τὸ φάρμακον; —

Quis mortalium tam immitis, tam ab omni humanitate alienus, ut vel mifcere tibi fuftinuerit venenum, vel etiam, poftquam mifcuiffet, tibi perfidâ manu propinare? Melior haec lectio vulgato, fed abfurdo, λαλέοντι certe habebitur, nifi malit forte quispiam, fecundum lectionem Aldinam:

Ἢ δῦναι καλέοντι τὸ φάρμακον; —

atque interpretari, — *qui mifcere tibi venenum fuftinuerit, aut, cum poculum pofceres, tibi pro fano potu in manus tradere?* Veram & a Mofcho profectam lectionem minime praeftamus. De alterâ in hoc eodem verfu emendatione fponfionem lubentius recipimus.

— Ἔκφυγεν ᾠδάν

com-

commode dici potuisse, judicabat *Valckenaerius*, *de eo, qui caruit omni sensu elegantiae Musicae.* At vero (fatebimur enim) ista quidem Viri summi interpretatio receptam lectionem tuendi caussâ inventa magis est, quam ut vel ex ingenio Linguae Graecae, vel ex simplicitate Bucolicâ, possit defendi. Nos certe illud ἐκφυγεῖν ᾠδὰν vehementissime semper offendit, minime credentes, id posse significare, *Musas odisse*, vel *nullo moveri erga Musas sensu:* Praeterea abruptissima foret phrasis, & cum praecedentibus nullo plane vinculo conjuncta. Sequentia, Ἀλλὰ Δίκα κίχε πάντας, perspicue significant, *Vindictam divinam eos adsecutam esse omnes, qui veneficii in Bionem fuerant auctores & adjutores.* Quo autem modo *Ultricem* se adversus sceleratos istos ostenderat Nemesis vel Δίκα? *Orcus*, Vindictae minister, *illos rapuerat.* Una mutetur litterula; & ᾠδὰν transibit in ᾍδαν.

Τίς δὲ βροτὸς, τοσοῦτον ἀνάμερος ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δοῦναι κεράοντα τὸ φάρμακον, ἔκφυγεν ᾍΔΑΝ;
Ἄρχετε κ. τ. λ.
Ἀλλὰ Δίκα κίχε πάντας. ——

Quis tam crudelis, tibi qui miscere venenum,
Vel dare sustinuit, post atque effugerit Orcum?

Plan-

Plangite, Sicelides, primae vos plangite, Musae,
Sed Nemesis cunctos feriit —

Scilicet, quae Nemesi, Fato, Ὄπι, Ποινῇ, Ἐριννῦσι, Ἄτῃ, Αἴσῃ, Δίκῃ in Theologiâ Veterum tribuuntur partes, eaedem aliquando & Plutonis sunt, Ditis, Orci, vel τῦ Ἅδε. In *Analectis Brunckianis* Tom. III. Epigr. 465. v. 7. est.

Μήτηρ μὲν σὺν παιδὶ κατέφθιτο, αὐτὰρ ἐπ' αὐταῖς
Ποίνιμος ἔκτεινε φῶτα λιθοκτονίη.
Καὶ ταῦτ' ἔτ' Ἀΐδος, ἔτ' Ἄρεος, ἔργα δ' Ἐρώτες,
Λεύσσομεν, οἷς παίζῃ κεῖνος ὁ νηπίαχος.

Luculentior etiam illa τῦ Ἅδε significatio est in *Euripidis* Andromache v. 1188. (*Brunckianam* sequimur lectionem.)

Ὦ γάμος, ὦ γάμος,
Ὃς τάδε δώματα καὶ πόλιν ὤλεσας.
Αἶ, αἶ, ἒ, ἒ, ὦ παῖ,
Μήποτε σῶν λεχέων τὸ δυσώνυμον
Ὤφελ' ἐμὸν γένος ἀμφιβαλέσθαι,
Ἑρμιόνας Ἀΐδαν ἐπὶ σοὶ, τέκνον,
Ἀλλὰ κεραυνῷ πρόσθεν ὀλέσθαι.

Ubi

Ubi Hermiones Ἄδης ira est Deorum, seu Vindicta, quae totum Atridarum genus persequebatur. Ἄλαν, Διόσδοτον Ἄλαν alibi dixit Euripides. Verum, ne amplius haereat quispiam, en ipsum, quem Moschus ob oculos habuit, vel exscripsit etiam, Tragici nostri locum, in Troasin v. 596. ex editione Musgravianâ! Hexametris Chorus canit.

Οἵδε πόθοι μεγάλοι, τάδε σχέτλια πάσχομεν ἄλγη,
Οἰχομένας πόλεως, ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται,
Δυσφροσύναισι θεῶν, ὅτε σὸς γόνος ἜΚΦΥΓΕΝ
ἍΙΔΑΝ,
Ὃς λεχέων συγερῶν χάριν ὤλεσε Πέργαμα Τροίας.
Αἱμαλόεντα δὲ θεᾷ παρὰ Παλλάδι σώματα
νεκρῶν
Γυψὶ φέρειν τέταται· ζυγὰ δ' ἤνυσε δούλια Τροίᾳ.


Locum non intellectum a Barnesio, (quippe qui, Ἄδην vulgari significatione accipiens pro *Morte*, legendum, sed pessime, putabat οὐ φύγεν ᾅδαν) apposite ex v. 297. Andromaches tuetur Musgravius: Nam Paris, ὁ γόνος τῆς Ἑκάβης, tum effugerat Ἄδην, i. e. *Orcum*, *futurorum malorum praescium custodem*, quum frustra Cassandra, illius soror, peteret, clamaret, obsecraret, ut occiderent recens natum infantem, olim urbis Trojanae perniciem & ruinam.

Ὅτι

Ὅτε νιν παρὰ θεσπεσίῳ δάφνᾳ
Βόασε Κασάνδρα κτανεῖν,
Μεγάλαν Πριάμου πόλεως λώβαν.

Non *effugerunt* autem *Orcum* ſceleſti Bionis venefici; ſed quae *ſera* ſaepius *tacitis Poena venit pedibus* eos *promta magis aſſecuta eſt*, ita ut, quum Epitaphium ſuum Moſchus conderet, omnes Parca jam rapuiſſet, ſeu naturali, immaturâ licet, morte exſtinctos, ſeu debito veneficis ſupplicio ſublatos. Quidquid ſit, *Poena* illos non *deſeruit*, de quo, Veteribus laudatiſſimo, argumento alia alio tempore diſſeremus: Jamjam

Deſine plura, puer; &, quod nunc inſtat, agamus.



THE-

THESES ADNEXAE.

I.

Vere dixit Ampl. BYNKERSHOEK *in Praef. Librorum IV.* Obfervationum Juris Romani: " Sine Criticâ non eft, qui perfecte fapiat " in ullâ Arte. "

II.

Critica *autem nobis dicitur " illa facultas in- " genii, felici naturâ infita, inftitutione ex- " culta, exercitatione perfecta, qua in unâ- " quaque Difciplinâ vel Arte a falfis vera, " a fpeciofis pulchra, a corruptis fincera " fecernimus: " Cujus definitionis confequens eft, primarium Critices in re Grammaticâ officium verfari in dignofcendis Veterum fcriptis germanis a fuppofitis, alterum in dijudicandis eorum virtutibus & vitiis, tertium in emendandis illis, quae longa aetas corrupit, aut Librariorum depravavit infcitia vel incuria.*

III.

Duplex videtur fuiffe aetas, qua fraus hominum mendacium licentius graffata eft in fingen-

gendis sub alieno nomine scriptis; altera, sub successoribus Alexandri Magni, praesertim Ptolemaeis; altera, secundo & tertio post Christum natum saeculis. Priore aetate in istâ fraudum officinâ excelluerunt tum nonnulli ex Aristotelicis, tum Judaei Alexandrini: Posteriore, illi inter Christianos, qui (*ut* JOS. SCALIGER *ait* Epist. 115.) adeo verbum Dei inefficax esse censuerunt, ut Regnum Christi sine mendaciis promoveri posse diffiderent.

IV.

Ad priorem aetatem, & Falsarios quidem Judaeos, referendus est mendax ARISTEAE, *qui dicitur, Libellus, & ridicula de LXXII. Interpretibus narratio; item, quae de Judaeis sub* HECATAEI *aliorumque nomine vulgata sunt. Horum autem Falsariorum Coryphaeus fuit Judaeus, idemque Peripateticus;* ARISTOBULUS, *quem sub Orphei, Lini, Homeri, aliorumque nomine versus sceleſtâ fraude confinxisse putabat, re exploratâ,* VALCKENAERIUS, *cujusque artibus* JUSTINUS MARTYR, *aliique post eum Patres Ecclesiae, turpiter sunt delusi.*

V.

V.

Inter Peripateticos, πολυϊστορίαν *affectantes*, (Heraclidem Ponticum *dicimus*, Hieronymum Rhodium, Hermippum, Satyrum, *alios*) *fuerunt*, *quorum fallax auctoritas Hiſtoriae Philoſophicae ſcriptores*, *maxime* DIOGENEM LAERTIUM, *haud ſubtilisſimi judicii Virum*, *decepit: Atque inter haec mendacia inſignis eſt*, *cujus* ARISTOXENUM *praeſertim auctorem tulit* PORPHYRIUS, *fabula de* geminâ Uxore, *quam eodem tempore habuerit* Socrates. *Hanc enim in Virum ſapientisſimum accuſationem*, *ut & ſimilem*, *quam in* Euripidem *memorat* GELLIUS, *meram eſſe calumniam defendimus.*

VI.

Viventibus adhuc Apoſtolis, ac Luca ſcribente Euangelium, multa Apocrypha ac Pſeudepigrapha otioſi temerariique homines edebant, *ut vere*, *Origenis teſtimonio uſus*, JOANNES-BAPTISTA COTELERIUS *ſcripſit* (Patr. Apoſt. *Tom. I. pag.* 183.) *ſimiliterque* JOANNES DALLAEUS (de vero uſu Patrum, *Cap.* 3.) " *Iisdem ſtudiis ducebantur antiquisſimi illi*

" *Chri-*

" *Christiani, qui* Sibyllina Vaticinia *de Christo*
" *ejusque Regno primi in vulgus sparserunt,*
" *ut facilius fidem ab Ethnicis impetra-*
" *rent: — Sed, quod longe maximi momen-*
" *ti est, ipsi etiam Patres, seu propriae senten-*
" *tiae studio tenerentur, seu affectibus nimis*
" *indulgerent suis, has artes interdum ad-*
" *hibuerunt."* — *Istam quippe* Sibyllinorum Carminum, *quam nunc habemus, farraginem, antiquam quidem satis esse, sed tamen ex Judaïcis & Christianorum fraudibus conflatam censemus.*

VII.

Critica emendatrix, modesta illa & temperans, sed attenta & severa, eruditionis perfectae utilissimum est instrumentum.

VIII.

Sententia STRABONIS, *eruditissimi Geographi,* (*Lib. I. pag.* 34.) " *Poësin in Graeciâ tem-*
" *pore priorem fuisse oratione, quae metri*
" *legibus est soluta,"* *probabilior est opinione contrariâ* ARISTIDIS *Rhetoris* (*Opp. Tom. I. pag.* 84. *Ed.* Canteri.) — *Poësis au-*

autem, Ars vere divina, jam ab antiquissimis seculis multo plus utilitatis generi humano attulit quam noxae; nec dignus erat Homerus, qui coronatus & unguento delibutus e Rep. Platonicâ ejiceretur.

IX.

Si usus Linguae Latinae, qua sapienter Disciplinas Litterasque humaniores nostri majores tradiderunt, negligatur, peritura est omnis eruditio: Hujusque adeo Linguae exsilium e scholis & scriptis hominum Litteratorum certissimum est ingruentis jamjam barbariei augurium.

X.

Quod Cato Uticensis violentas sibi intulerit manus, ne Tyranno, libertatem Patriae opprimenti, sese permittere cogeretur, animi neque impii erga Numen, neque sub adversâ fortunâ fatiscentis, in tali viro, fuit indicium.



EXERCITATIONUM ACADEMICARUM

SPECIMEN TERTIUM.

OBSERVATIONES
IN LOCA VETERUM, PRAECIPUE QUAE SUNT *DE VINDICTA DIVINA.*

EXERCITATIONUM ACADEMICARUM SPECIMEN TERTIUM.

QUOD,

FAVENTE NUMINE,

PRÆSIDE

JOANNE LUZAC,

J.U.D. ET IN ACADEMIA BATAVA LINGUÆ GRÆCÆ ET HIST. PATRIÆ PROFESSORE ORDINARIO,

In Auditorio Litterario *publice defendet*

JOHANNES JACOBUS SCHULTENS,

AMSTELODAMO-BATAVUS,


Die 26 *Junii* MDCCXCIII. *Horâ undecimâ.*

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD HENRICUM MOSTERT,

MDCCXCIII.

OBSERVATIONES
IN LOCA VETERUM, PRAECIPUE QUAE SUNT *DE VINDICTA DIVINA.*



EXERCITATIONUM ACADEMICARUM SPECIMEN TERTIUM.



CAPUT SEPTIMUM.

Patribus Eccleſiae, Fragmenta Poëtarum Graecorum laudantibus, caute credendum. Fons erroris, ſeu primus fraudis in fingendis ejusmodi Fragmentis Auctor, Ariſtobulus, *e Scholâ Peripateticâ Philoſophus Judaeus: Ejus* Commentarius in Legem Moyſis, *& de illo* Valckenaerii *Diſſertatio.* Prolegomena ad Stobaeum Grotiana. *Fragmentum Comici Veteris,* Philemonis *aut* Diphili, *a ſuppoſitis verſibus purgatum. Phraſes Helleniſticae,* Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης, ὄνομα φοβερὸν, πλανᾶσθαι *pro* peccare,

falsâ opinione deludi. *Fragmentum e* Phryxo Euripideo, *quinque versibus adulterinis pariter auctum.* Aristonis *vel* Aristophontis *Comici Fragmentum, aliquâ quoque parte νοθείας suspectum.*

A quo pronunciato Philosophico alterum nostrum *Specimen* exordiebamur, ab eodem tertium etiam nobis est inchoandum. *Omnis virtus*, ut vere dixisse vetus videtur Academia, *mediocritas est*, seu, ut alibi magis perspicue Cicero, *virtutes omnes mediocritate quadam sunt moderatae.* Illi *mediocritati*, sine qua nulla virtus est, in Litteris excolendis quis locum quoque tribuendum esse negabit? — Ergo, roget quispiam, Litteris mediocriter incumbendum? — Absit omen! — Hoc nobis volumus. Opinioni, etiam verae, aut studio in rem quamcunque *mediocriter*, vel, ut apertius dicamus, caute & cum modo indulgendum est, neque ita existimandum, ac si quidquam in universum sic adfirmari possit, ut adsertioni certi non sint ponendi fines. Scriptores veteres Christianos, qui contra Gentilium calumnias meliorem

rem Religionem tutati ſunt, harum *Exercitationum* Capite IV. commendavimus merito; & neglectos vehementer doluimus, quippe qui eximie faciant ad demonſtrandum conſenſum, qui inter praecepta Veterum de diſciplinâ morum, officiaque ac ſententias illius Religionis reperitur: Et tamen aperte fatemur, niſi quis ad iſtam comparationem judicium adhibeat, animumque ab omni in credendo levitate alienum, periculum eſſe, ne turpiſſimis fraudibus deludatur; non quod ipſi *Patres*, qui dicuntur, *Eccleſiae*, viri boni & pii, *Juſtinus Martyr*, *Clemens Alexandrinus*, *Theophilus*, *Euſebius*, *Theodoretus*, volentes ſcientesque falſa pro veris nobis venditarint; ſed quod ipſi, dolo alieno capti, alios ſecum in eundem ducant, aut imprudentes ducere ſaltim poſſint, errorem. Nemo enim eſt in eorum ſcriptis vel mediocriter verſatus, qui ignoret, quantum illi tribuerint Carminibus, *Sibyllinorum* titulum mentientibus, quantum Hecataeo, Eupolemo, Artapano, Ariſteae ſeu Ariſtaeo, ſub quibus, ex remotiori Antiquitate Graecâ deſumtis plerisque, nominibus latere mendacem aliquem Judaeum Graecienſem, atque ex Alexandrinâ Synagogâ Graecis Litteris eruditum Doctorem, ſi poſt Philonem Herennium, qui id de ficto *Hecataeo* jam ſcripſit

 olim

olim, ſuſpicati ſunt Viri maximi, *Joſephus-Juſtus Scaliger* & *Richardus Bentlejus*, nihilo minus tamen huic Virorum pari haud inferior *Hugo Grotius*, aliique, in adſerendâ puriori Religione operam dum ponerent, turpi fraude Judaïcâ ſeſe poſt veteres Scriptores Chriſtianos deludi ſunt paſſi: Sed non eſt, cujus in hoc genere impudentia, dicamus, an ſingendi ars & licentia incredibilis plures, homines etiam eruditiſſimos & perſpicaciſſimos, circumvenerit, quam ARISTOBULUS, origine Judaeus, diſciplinâ Philoſophus, ſectâ Peripateticus: Quod noſtrâ nos auctoritate ſolâ non adfirmamus, non noſtris opibus ſubſidiisque tantum inſtructi defendimus, ſed ſummi LUDOVICI-CASPARI VALCKENAERII. Eſt hujus Viri, quem nihil latebat in Litteris Graecis, nec quae ſacrae dicuntur nec quae profanae, inedita *Diſſertatio de* ARISTOBULO JUDAEO, *Scriptore Commentarii in Legem Moyſis, & conditore verſuum ſub nominibus Lini, Homeri, & aliorum*, fidei noſtrae credita a Valckenaerii Filio, Juriſconſulto clariſſimo, JANO VALCKENAERIO, quam Diſſertationem, poſt abſolutam (in qua verſamur) *Callimacheorum Fragmentorum* editionem, opus quidem poſthumum ſed conſummatiſſimum, cum *Hiſtoriae Maccabaïcae veteri Epitome*, Graece

&

& Latine, publicae luci donabimus. In hac igitur Dissertatione Valckenaerius argumentis invictis demonstravit id, quod mirum est a nemine, si ab uno forte Eschenbachio discedamus, fuisse aut animadversum aut in suspicionem vocatum. JUSTINUS MARTYR, tum in Libello *de Monarchiâ*, tum in *Cohortatione ad Graecos*, CLEMENSque ALEXANDRINUS, exemplis probaturi, quam vere Gentiles, praesertim Poëtae, de *uno Deo*, *de Providentiâ*, *de Justitiâ Divinâ*, *de cultu Numinis* ac *sacrificiis*, scripserint, pleraque eadem proferunt loca: Illa etiam reperiuntur apud THEOPHILUM ANTIOCHENUM, EUSEBIUM, THEODORETUM, alios. Quid ergo? An haec loca velut classica fuerunt, &, ut millena alia, praeceptorum moralium instar, in Antiquitate habita, laudata, omnium ore celebrata? Minime. Si pauculos versus excipiamus, ne a *Plutarcho* quidem, de eodem quamvis argumento saepius disputanti atque in laudandis Poëtarum locis uberrimo, illa memorantur, neque in ditissimo talium rerum & utilissimo Thesauro, *Joannis Stobaei Florilegio*, reperiuntur. Latuerunt scilicet omnem Antiquitatem! Unde igitur eos habuerunt Justinus, Clemens? An ipsi confinxerunt? Minime etiam: Sed fuit illis in mani-

bus ARISTOBULI *Commentarius in Legem Moysis*, Ἐξηγήσεις τῆς Μωϋσέως γραφῆς, seu βίβλοι ἐξηγητικαὶ τῦ Μωϋσέως νόμυ, in quo Commentario id agebat Philosophus Judaeus, ut veteres Scriptores Graecos cum Legibus Judaïcae Religionis divinis compararet; & Ptolemaeo Philometori, apud quem & ipse & tota gens Judaeorum aliquâ valebant gratiâ, persuaderet, Gentiles optima quaeque, quae de Religione docuissent, ex divinis Hebraeorum scriptis hausisse, & in suos Libros suaque Carmina transtulisse. Id autem ut apertius esset magisque, uti existimabat, omni dubio vacuum, veritus haud est, pro innatâ fingendi licentiâ, (& quis Judaeorum in hisce, quis Graeciensium praesertim Alexandrinorumque fertile, aut audax potius, ingenium ignorat?) versus Homeri, Hesiodi, Tragicorum etiam, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, quin & Comicorum, Menandri, Philemonis, Diphili, nonnullis mutatis, demtis, additis, sic interpolare, ut a Judaeo aliquo, in Libris Mosaïcis versatissimo, potius quam ab homine Gentili scripti viderentur. —— Haec, quae nos brevissimis verbis indicamus, Valckenaerius, immensâ eruditionis copiâ, luculentissime quondam demonstravit: Atque illud est, quod aiebat in *Diatr. Eurip.* pag. 34. " Ju-
„ daeis

„ daeis cur hanc fraudem (fictorum Orphico-
„ rum aliorumque verſuum) imputari malim,
„ quam Chriſtianis, exemplo mendacis Judaei
„ nitar aliquando demonſtrare, qui ſi homines
„ etiam primarios decepit, quid de aliis erit
„ exiſtimandum?"

Verum miretur quisquam, quo tendat hoc nobis exordium, qui de *Loco Plautino*, non de *Juſtino Martyre* aut *Clemente Alexandrino*, multo minus de *Ariſtobulo* aut mendacibus Judaeis eramus disputaturi. Verbo dicemus. Quum ad Litteras Graecas animum primum applicaremus adoleſcentuli, felici caſu (nam ejus temporis ſemper cum voluptate quadam recordamur) in manus noſtras incidit STOBAEUS GROTIANUS: Atque, uti tanta veriſſimorum praeceptorum copia, Poëtices dulcedine condita, non poterat non perplacere, ita & *Prolegomena Grotiana* legentes hac praeſertim delectabant novitate gratiſſimâ, quod Gentiles tam diſerte, tam perſpicue, ſcripſiſſe docerent talia, quae non niſi ab hominibus, Religione revelatâ initiatis, exſpectanda viderentur. De his, quum iſtâ jam aetate ad Valckenaerium ſcriberemus, monuit nos Vir Magnus his verbis: " Quae
„ tanquam Sophocléa ex Chriſtianis Scriptori-
„ bus Grotius nobis adnumerat, Εἷς ταῖς ἀλη-

„ θείαισιν, εἷς ἐστὶν Θεὸς &c. neque Attica sunt,
„ nedum Sophocle digna. Totum locum spu-
„ rium & fictum demonstravit R. BENTLE-
„ JUS *in Ep. ad Jo. Millium* pag. 12. 13. —
„ Istiusmodi loca, a Christianis vel homine po-
„ tius Judaeo conficta, multo plura supersunt,
„ quam vulgo solet existimari. Istis talibus
„ capitalia hominum ingenia se passa sunt de-
„ ludi." Et revera, his monitis Valckenaeria-
nis excitati, animumque attendentes, fraudem
hominis minime Attici perspeximus; & perle-
ctâ *de Aristobulo Dissertatione* omnino sic cen-
semus, Justinum Martyra, Clementemque Ale-
xandrinum, forte & Antiochenum Theophilum,
Commentariis Aristobuli, saepius non nominati,
(qua forte in re unâ culpandi sunt) esse usos,
sed fide bonâ; inde exscripsisse loca, quae ad
vindicandam novam Religionem aptissima vide-
bantur; illos autem, qui Triumviros istos secuti
sunt, recentiori aetate, Theodoretum atque
alios, Alexandrinum Clementem eâdem fide bo-
nâ exscripsisse, qua is Aristobulum.

Igitur, cum jam Speciminis hujus id esset ar-
gumentum, ut locum Philosophicum, qui est
de Divinâ in sceleratos vindictâ, tractantibus
Prologus Rudentis Plautini telae nostrae velut
stamen esset quoddam, partibus minus recte

fun-

functi videremur, si celebratissimos sub Tragicorum Comicorumque nominibus servatos locos omitteremus, Plautino tam similes, ut hic inde derivatus censeri posset: Illos itaque haud negligemus, sed ita memorabimus, ut fateamur, minime inde probari sententiam, quam caeteroquin verissimam existimamus, nullum esse in disciplinâ morali praeceptum, nihil de Deo, de mente nostrâ, de Providentiâ certum, quod a sapientioribus inter Graecos haud fuerit dictum aut perennibus etiam litteris consignatum.

Quinque omnino sunt loca, quae in hoc censu agendo spectanda sunt, & ea quidem praecipua omnium eorum, quae in isthoc genere vel Aristobulus, vel quisquam alius ex Alexandrinarum fraudum opificinâ confinxit; tria nimirum *de certâ Numinis in sceleratos vindictâ & de bonorum praemiis*, quae conveniunt cum Plautinis jam ante tractatis; duo *de inutilitate sacrificiorum*, *de inani statuarum cultu*, ac *de vanâ impiorum Religione*, quae cum ultimis Prologi versibus conspirant. Primus locus decem, undecim, vel tredecim est versuum, (nam saepius in laudandis Veterum versibus mirus est Scriptorum Christianorum dissensus,) quos *Philemoni* JUSTINUS MARTYR in Libello *de Monar-*

chiâ (pag. 38. Ed. nov. Bened.) *Diphilo* tribuunt CLEMENS ALEXANDRINUS *Strom.* Lib. V. pag. 605. (pag. 721. Ed. *Pott.*) ex Clemente Alexandrino EUSEBIUS *Praep. Euang.* Lib. XIII. Cap. 13. pag. 683. tum etiam THEODORETUS *Therap.* Serm. VI. pag. 88. 89. quibuscum conf. GROTIUS *in Proleg. ad Stobaeum* pag. 22.

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Κατὰ γῆν καλύψειν, κἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον
Πεφευγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας;
Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, χἀτέραν ἀσεβῶν ὁδόν.
Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἓν,
Ἅρπαζ' ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.
Μηδὲν πλανηθῇς· ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις,
Ἥνπερ ποιήσει Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τ' ὄνομα φοβερὸν, οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ,
Ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίον
Δίδωσι.

Nemo facile, aliquâ judicandi facultate praeditus, haud ſentiet, eſſe in his verſibus, quae & ſcenâ Atticâ & ſeu Philemonis ſeu Diphili ingenio ſint digna, alia quae ſermonem Judaeorum

ſum Graecienſium ſeu Linguam Helleniſticam ſic redoleant, ut ſcripta eſſe nequeant niſi ab eo, qui Hebraeorum Libros Graece verſos legerit: Et primo quidem verſus quintus,

Ἔςιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ,

germanus eſt veteris alicujus Poëtae foetus, quippe quem, haud appellato auctore, laudavit PLUTARCHUS *adv. Colotem* Tomo II. Opp. pag. 1124. F. cujus plura jam attulimus verba *Specim.* II. pag. 114. — Tertius verſus,

Κατὰ γῆν καλύψειν, κἀπὸ τȣ̃ πάντ' εἰς χρόνον,

quam alienus ſit, quam toti ſententiae incommodus, quivis per ſe ipſe intelligit: Quare & cum omiſſus ſit a Clemente Alexandrino, neque eum habeat Theodoretus, probabile exiſtimamus, illum perperam in Codices Juſtini Martyris e margine irrepſiſſe: Is autem hac iterum parte Clemente Alexandrino & Theodoreto potior videtur, quod ſextum & ſeptimum verſum huic Comici ῥήσει eximat & alteri inſerat loco, quem Sophocli affingit. Jam, tribus hiſce verſibus reſectis, nihil in reliquis, usque ad decimum, ſupererit, quod ab antiquo Comico profectum cenſeri nequeat.

Οἴει

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας;
Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.
Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἓν,
Ἅρπαζ᾽ ἀπελθὼν, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα.

Postrema illa vim habent Comicam; Graecosque imitati Latini asyndetis in ejusmodi Imperativis cumulandis frequenter sunt usi. ATILIUS apud VARR. *de L. Lat.* Lib. VI. pag. 79.

Cape, caede, lude, come, conde;

ad quem locum alia ex PLAUTO attulit Ill. J. J. SCALIGER, haec praesertim *Pseudoli*, quae ex Philemonis vel Diphili verbis expressa propemodum credamus, Act. I. Sc. 2. v. 7.

— — *rape, clepe, tene, harpaga,*
Bibe, es, fuge. Hoc est eorum opus.

At vero, uti priores Fragmenti, quos modo ponebamus, sex versus nihil prorsus habent, in quo phrasin Hellenisticam deprehendas, aut hominem Judaeum vel leviter suspiceris, sic contra omnes, qui sequuntur, conficti sunt ab eo, qui a purpurâ veteris Comici colorem quoque, seu potius fidem, panno, quem adsuebat, se conciliare posse putavit.

Mu-

Μηδὲν πλανηθῇς· ἔςι κᾀν ᾅδȣ κρίσις,
Ἥπερ ποιήσει Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τ' ὄνομα φοβερὸν, ȣδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ,
Ὃς τοῖς ἁμαρτάνȣσι πρὸς μῆκος βίον
Δίδωσι.

Quis Atticorum aut ποιεῖν κρίσιν dixit, aut ἁμαρτάνοντας *homines, qui a virtutis discedunt normâ*, aut τὸν Θεὸν opinatus est judicem sedere ἐν ᾅδȣ, aut huncce Deum, qui judex sedeat apud Inferos, appellavit τὸν πάντων δεσπότην, aut illi tribuit ὄνομα φοβερόν; Qui ita scripsit, is certe legerit oportet, quam Atticis incognitam fuisse putamus, *Interpretationem* ALEXANDRINAM, atque inde meminerit, κύριος ὕψιςος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας· μέγας, φοβερός ἐςιν ἐπὶ πάντας τȣ̀ς Θεȣ̀ς, καὶ φυλάσσων τὴν διαθήκην, aut ipsa etiam verba PSALMI CX. Comm. 9. ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτȣ῀. Neque minus Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης Valckenaerio olim Alexandrina phrasis visa est, haud immerito; e. gr. JOBI Cap. v. Comm. 8. τὸν πάντων δεσπότην ἐπικαλέσομαι. Denique nulla locutio harum interpolatarum sententiarum artifici, seu Aristobulus is fuerit, seu quisquam alius, familiaris magis fuit quam verbum πλανᾶσθαι significatione *peccandi* vel *se ipsum fallendi*. Ita est in Fragmento, quod ex *Justino Mar-*

Martyre, *Clemente Alexandrino*, *Eusebio*, & *Theodoreto*, personati Hecataei fidem secutis, inter Sophocléa retulit H. GROTIUS *Exc. Trag. & Com.* pag. 149. & de quo postea agemus:

Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι,

atque in alio, quod, Justino laudatum tanquam Philemonis, Clementi tanquam Menandréum, GROTIUS inter *Menandréa* posuit, (pag. 269. *Ed. Cler.*)

Πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει.

Adhaeserat scilicet ipsi istud πλανᾶσθαι ex lectis frequenter Interpretibus Veteris Testamenti Graecis, penes quos illud centies & ultra reperitur, ἡ καρδία μου πλανᾶται, καὶ ἡ ἀνομία με βαπτίζει· γνώσονται οἱ πλανώμενοι τῷ πνεύματι· apud SIRACHIDEM Cap. XVI. Comm. 24. ἀνὴρ ἄφρων πλανώμενος διανοεῖται μωρά. Sed in re perspicuâ demonstrandâ diutius non haerebimus, unoque tantum observabimus verbo, idem judicium ferundum esse de altero trium, quae modo dicebamus, locorum, in quibus *de certâ Numinis vindictâ & de bonorum praemiis* agitur. Illud est Fragmentum, quod, velut ex EURIPIDIS *Phryxo* servatum a *Justino Martyre*, *Cle-*

Clemente Alexandrino, & *Eusebio*, H. GROTIUS edidit & vertit in *Exc. Trag. & Com.* pag. 415. ut & in *Proleg. ad Stob.* pag. 23.

Εἴ τις δὲ θνητῶν οἴεται τὰφ' ἡμέραν
Κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
Δοκεῖ πονηρὰ, καὶ δοκῶν ἁλίσκεται.
Ὅτε δ' ἂν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
Τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.
Ὁρᾶτ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι Θεὸν,
Δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνώμονως·
Ἔστιν γὰρ, ἔστιν. εἰ δέ τις πράσσει κακῶς,
Κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω.
Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑστέρῳ δώσει δίκην.

Idem, inquam, de hoc Fragmento judicandum, ac de verſibus Comici, quos modo tractabamus. Priores quatuor vel quinque cum habeant etiam SEXTUS EMP. *adv. Gramm.* Lib. I. Cap. 13. pag. 275. & 279. STOBAEUS *Ecl. Phyſ.* pag. 8. Ed. *Cant.* pag. 121. Ed. *Grot.* nullum dubium eſt, quin vere ſint Euripidéi atque ex Phryxo ſervati; ſed qui ſequuntur Judaei eſſe foetum, in ipſo *Diſſertationis de Ariſtobulo* limine tam luculenter oſtendit, invictisque ſtabilivit argumentis exemplisque Valckenaerius, ut meſſi alienae, quam ipſi ſervamus cuſtodes, falcem immittere religio ſit. Fas

Fas itaque tantum arbitramur quinque priores versus, quos *suavissimos* & Euripidi prorsus convenientes pronunciabat Vir Magnus, cum Plautinis tanquam simillimos conferre:

Iterum ille eam rem judicatam judicat;
Majore mulctâ mulctat, quam litem auferunt.

Ὅταν χολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
Τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἤρξεν κακῶν.

Quod & ante Euripidem Oraculum dixerat apud Herodotum Lib. vi. Cap. 86.

—— κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν, καὶ οἶκον ἅπαντα.

Tertius locus, in hoc censu spectandus, & in quo plura etiam esse ab alienâ manu vel addita vel in rem suam mutata quondam existimabat Valckenaerius, versus sunt Aristonis vel Aristophontis Comici apud Theophil. *ad Autolycum* Lib. iii. Cap. 7. (pag. 385. Ed. Bened.) qui versus cum inter ipsa Scriptoris verba laterent, senarios esse Jambicos vidit Grotius, hic tamen & illic vel pede vel syllabâ claudos: Quare, ut metro eos restitueret suo, vocem unam alteramque ex ingenio addidit Vir maximus in Notis *ad Exc. Trag.* pag. 1004. & in *Prolegom. ad Stobaeum* pag. 20. 21.

21. Adjecta haec versibus fulcra quandoquidem ex arbitrio pendent cujusque, ad certam veritatem revocari nequeunt; neque nos in singulis ad examen trahendis jamjam occupabimur, Valckenaerio adsentientes, esse in iis nonnulla, qualia ista *προεδρία τις κειμένη*, & *τοῖς ζῶσιν ὁσίως προεδρία*, quae ab usu Attico recedere videantur, in universum tamen fassi leviorem esse suspicionem *νοθείας*, quam est in gemino superius excusso Fragmento. In ultimo etiam versu, si pro Grotiano *οὐδὲ ἓν*, quod substituit vulgato *οὐδὲν*, legamus *οὐδέ τι*, hiatus ingratissimus evitabitur. In reliquis Grotium sequemur, in distributione praesertim personarum, quas duas minimum in hoc Fragmento loqui vere existimabat.

A. *Θάρσει· βοηθεῖν πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις*
Εἴωθεν ὁ Θεὸς, τοῖς δὲ τοιούτοις σφόδρα.
Εἰ μὴ παρέσαι προεδρία τις κειμένη
Τοῖς ζῶσιν ὡς δεῖ, τί πλέον ἐστὶν εὐσεβεῖν;

B. *Εἴη γὰρ οὕτως· ἀλλὰ καὶ λίαν ὁρῶ*
Τοὺς εὐσεβῶς μὲν ἑλομένους διεξάγειν
Πράττοντας ἀτόπως· τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἂν
Σκοποῦντας ἢ τὸ λυσιτελὲς αὐτοῖς μόνον,
Ἐντιμοτέραν ἔχοντας ἡμῶν διάθεσιν.

A. *Ἐπὶ τοῦ παρόντος. ἀλλὰ δεῖ πόῤῥω βλέπειν,*
Καὶ τῶν ἁπάντων ἀναμένειν καταστροφήν.

Οὐχ ὃν τρόπον γὰρ παρ' ἐνίοις ἴσχυκέ τις
Δόξα κακοήθης, τῷ βίῳ προσγίνεται
Ὡς ἔτυχε πάντα· ταῦτα γὰρ κρίνουσ' ἔχειν
Ἐφόδια πρὸς τὸν ἴδιον οἱ φαῦλοι τρόπον.
Ἀλλ' ἔστι καὶ τοῖς ζῶσιν ὁσίως προεδρία,
Καὶ τοῖς πονηροῖς, ὡς προσῆκε, ἐπιτίμια.
Χωρὶς προνοίας γίνεται γὰρ οὐδέ τι.

Quum infimae paginae id ſinat ſpatium, interpretationem itidem Grotianam addemus.

A. *Animaequus eſto; nam ſolet dignos Deus*
Juvare, tales qualis es tu, maxime.
Quod decet agentes, niſi quid eximium ferant,
Oro, quid ultra colere pietatem attinet?
B. *Utinam quidem id ſit! ſaepe ſed video nimis,*
Ad ſanctitatis regulam qui ſe exigunt,
Premi miſeriis; at quibus cordi eſt nihil
Privata niſi quod res & utilitas jubent,
Florere nobis melius. A. *In praeſens ita*
Fit nempe, ſed proſpicere nos longum decet,
Et opperiri, dum orbis in ſeſe redit.
Haud namque vera eſt, quae tenet ſententia
Plerosque prava, fortuitis lapſibus
Hanc fluere vitam: Quod ſibi viaticum
Corrupta turba ſumit ad mores malos:
Sed & piorum facta mercedem ferent,
Et impiorum ſcelera ſupplicium manet,
Fit absque nutu quippe coeleſti nihil.

CA-

CAPUT OCTAVUM.

Perjurium Vindictae Divinae *maxime obnoxium: Fragmentum* Phryxi Euripidei *vel Incerti emendatum & constitutum; item Tetrametri Trochaici* Archilochéi. *Vindictam erga male meritos ultionemque privatam laudarunt Veteres. Jusjurandum per vim aut injuriam expressum, si violetur, a Diis condonatur, arbitro* Euripide. *Illius Fragmentum a crisi defensum & illustratum.* Τὸ ἐπιεικὲς, aequum & bonum, summo juri *oppositum.* Συγγνώμων & ἐπιεικὴς *propemodum synonyma. Veterum religio in contrahendo piaculo. Homicidae lare & tecto exclusi. Suppositum* Sophocli *Fragmentum. Fraus hominis Judaici, etiam in altero, quod sub* Philémonis *vel* Menandri *nomine exstat, Fragmento: Color in utroque Fragmento Hellenisticus.*

In hac miserrimâ saepius rerum humanarum scenâ, illa tamen plerumque est caussae moralis cum effectu fatale quasi vinculum, ut scelesti suorum ipsi scelerum erga se sint vindices; atque, uti aiebat Xenophontéus ille Socrates, ἑαυτῶν κακουργότατοι reperiantur. Unum est *Perjurii* crimen, quod naturâ suâ homines lateat, & ab illo solo possit vindicari, ὃς ἅμα πάντα ὁρᾷ, καὶ πάντα ἀκούει, καὶ πανταχοῦ πάρεστι, καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖται. Idcirco vix unquam argumentum istud *de Vindictâ Divinâ* tractatur seu a Scriptore ethico, seu a Poëtâ, Gentili an Christiano, quin exemplum a Perjurio sumatur. Noverat illud Euripidéus Bellerophontes, qui, cum videret florentes aliquando scelestos,

Ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις,

ratione contrariâ hinc efficiebat, οὐκ εἶναι ἐν οὐρανῷ θεούς. Longe aliter Philosophus in scenâ PLAUTUS.

Atque hoc scelesti in animum inducunt suum,
Jovem se placare posse, donis, hostiis,
Et operam & sumtum perdunt. Ideo fit, quia
Nihil ei acceptum est a perjuris supplicii.

Fa-

Facilius, ſi quis pius eſt, à Dis ſupplicans,
Quam qui ſceleſtus eſt, inveniet veniam ſibi.

Sententia profecto digna, in qua cum aliis Veterum locis comparandâ diutius occupemur, cum iis potiſſimum locis, quae Critices auxilio indigere videantur. Ex hoc genere Fragmentum eſt, quod quinque verſibus ex *Phryxo Euripidéo* ſuperſtitibus, & Capite ſuperiori tractatis, adhaeret hunc in modum apud STOBAEUM *Ecl. Phyſ.* Cap. VII. pag. 8. Ed. *Canteri.*

Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν,
Ἑστὼς ἔοικεν ἐστιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον,
Ὥς τε τῆς ἐπικουρίας.

GROTIUS (*Exc. Phyſ.* pag. 121.) eos exhibuit tanquam *Incerti*, a ſuperioribus ſejunctos, & ſic ſcriptos.

Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν·
Ἔσθ' ὡς ἔοικεν, ἐστιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
Δαιμόνιον, ᾧ μέλει ΤΙ τοῦ θνητοῦ βίου.

Poſtremum verſum e MS. addidit: ſed, qui in

eodem Codice sequebatur, & cujus partem dederat Canterus,

Δίκην δέδωκεν ὅςε τῆς ἘΠΙΚΟΥΡΙ'ΑΣ,

hunc omisit, censens ista δίκην δέδωκεν hemistichium esse, depravatum ex Euripidéis δίκην δέδωκας, quae pertinerent ad Fragmentum sequens ex Electrâ Euripideâ v. 953. At vero ista tamen ὅςε τῆς ἐπικερίας non erant de nihilo, neque pro nihilo ejicienda, propter fortuitam convenientiam verborum δίκην διδόναι in utroque Fragmento. Integer senarius est levi operâ restituendus, quâ & indiget versus quartus a Grotio additus. Quin vitii suspectus quoque secundus. Repetitio ista, ἐςὶν, ἐςὶν Θεὸς, Euripidi haud infrequens, atque ejus exemplo adhibita ab illis, qui Tragicorum Fragmenta confinxerunt, adfirmationem habet validissimam.

Ἔςιν γὰρ, ἔςιν. —

& in laciniâ, Sophoclis nomen mentitâ,

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐςὶν Θεὸς,

quemadmodum contra vehementissima est negatio in dicto Bellerophontis *Euripidéi* apud JUSTINUM MARTYRA *de Monarchiâ* pag. 41. A.

Φη-

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν ὀυρανῷ θεοὺς;
Οὐκ εἴσιν, οὐκ εἰσ'. —

Sed quam male cum tali adseveratione convenit dubitandi formula, ὡς ἔοικεν, ex Grotii conjecturâ enata? Perperam, nostro quidem judicio, istud ἐςῶς sic in duas partes dissecuit. Senarius est Tragicus, quem tractavimus *Spec.* II. pag. 114. Πέλας, vel ex Valckenaerii conjecturâ,

Ἑκὰς γὰρ ἑςὼς ὁ Θεὸς ἐγγύθεν βλέπει.

Ad eundem modum Incerti verba reformanda esse existimamus.

Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν·
Ἑςὸς θ' ἑκὰς ἔνεςιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
Δαιμόνιον, ᾧ μέλει ΤΑ' τοῦ θνητοῦ βίου,
Δίκην δέδωκεν ᾧ τε τῆς ἘΠΙΟΡΚΙ'ΑΣ.

Acutus oculus est & omnituens Deûm;
Ac, cum procul sit, adest tamen de proximo
Mortalibus, nil tale suspicantibus,
Humana curans Numen aliquod providum,
Cui vindici poenas dedit perjurii.

Sunt, praeter Stobaeana, alia Poetarum dicta, hic paucis a nobis tractanda, praesertim nonnulla eorum, quae collegit THEOPHILUS *ad*

Autolycum Lib. II. Cap. 37. pag. 377. (Ed. nov. Bened.) indicata *Spec.* II. pag. 115. Nam, cum Theophilus ex Veteribus Poëtis demonstrandum sibi sumsisset, ὅτι οἱ κακῶς δράσαντες ἀναγκαίως ἔχουσιν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων κολασθῆναι, illa nobis exhibet, quorum pleraque alibi frustra quaerantur. Inter ea tanquam senarii ponuntur *Archilochéi*:

Ἓν δὲ ἐπίσταμαι μέγα, τὸν κακῶς
Τὶ δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

Sed claudi mancique Jambi consueto more in Trochaeos vertantur, rotundique current tetrametri Trochaici:

— Ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα,
Τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

— *Unumque novi maximum,*
Si malum mihi fecerit quis, graviter huic rependere.

Istud quippe Jus Rhadamanthi, τὸν κακῶς δρῶντα ἀνταμείβεσθαι κακοῖς, tantum aberat ut pro vitio haberetur apud Graecos, ut contra illud in laude ponerent & viri esse censerent.

Ἐχθρὸν κακῶς δρᾷν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέρος·

Quo-

Quomodo non tantum Tragicus ſenſit Euripides; ſed ſapientiſſimus ipſe PLUTARCHUS *in Libello de Serâ Num. Vind.* p. 85. *Ed. Wytt.* Viro optimo, qui ad virtutem revixerat, Theſpeſio Solenſi, neminem dixit iſtac aetate fuiſſe ὄτε πρὸς τὸ Θεῖον ὁσιώτερον, ὄτε λυπηρότερον ἐχθροῖς, ἢ βεβαιότερον φίλοις. Atque iſtâ forte unâ parte diſciplina morum apud Graecos Philoſophos diverſa fuit ab eâ, quam nos is docuit, cui merito diſplicebat vetus dictum, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμȣ̃, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· jus tamen, quod GROTIUS *in Comm. ad Matth.* Cap. v. Comm. 38. vere ait *vetuſtiſſimum fuiſſe apud omnes prope gentes.* Nimirum & in illo jure Rhadamanthéo *Vindictae Divinae* quaerebant rationem. — Sed, miſſis pluribus quae apud Theophilum melius leguntur, animadvertamus, quod Trochaicis Archilochi, id accidiſſe etiam gemino Euripidis Tetrametro, non tantum ibid. apud THEOPH. *ad Aut.* pag. 378. ſed in STOBAEI quoque *Floril.* Tit. XXVIII. (pag. 123. Ed. Grot.) ex quibus, egregie conſpirantibus, priorem horum verſuum EURIPIDI *Iphig. Aul.* v. 395. poſtliminio, ſed rectiſſime, reſtituerunt Heathius & Musgravius.

Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Τȣ̀ς κακῶς παγέντας ὅρκȣς καὶ κατηναγκασμένȣς.

Quippe, uti violatum jusjurandum Justitia Divina severissime vindicat, si *jure* exactum sit, *jure* & *libere* praestitum, ita ex contrario haud tam superstitiosi erant Graecorum sapientes, ut *injusto* atque *per vim expresso* sacramento fidem praestandam esse opinarentur. Quin magis, si servandae vel vitae vel libertatis caussâ, aut ut hostium manibus se suaque bona quis eriperet, jusjurandum, mente injuratâ, interposuisset, aut, pietati erga liberos suos homicidas indulgens, tectum cum iis, nondum factâ expiatione legitimâ, habuisset commune, atque adeo Religionem violasset, — in ejusmodi igitur rerum conditione, in qua humanitas cum summo jure, aequitas cum severitate Legum pugnaret, perjurium a Numine nequaquam vindicari existimabant. Illa sententia est, quam EURIPIDES expressit egregio Fragmento, quod Cl. VALCKENAERIUS tractavit *Diatr. Eurip.* Cap. XVIII. pag. 187. sed ita, ut vix ulla eximii operis pars sit, in qua, ut nobis quidem videtur, potiori jure a Viro Magno sit dissentiendum.

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖ,
Ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ,
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακὰ,

*Η

Ἢ παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων·
Ἢ τ' ἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι,
Ἢ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

Tres priores verſus ſunt in STOBAEI *Flor.* Tit. XXVIII. pag. 123. *Grot.* omnes in *Ecl. Phyſ.* Tit VII. pag. 125. Verba velut interrogantis accipiens, Valckenaerius locum corrigit ac conſtituit hunc in modum.

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖς,
Ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφεύγειν θέλῃ,
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακὰ,
Ἢ τοῖσιν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων;
Ἢ τ' ἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι,
Εἰ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

Poſtrema autem ſic interpretatur: *Huiccine tu Deos eſſe putas ad condonandum faciles? ſunt profecto mortalibus Dii minus ſapientes, ſi juri & aequo nimiam lenitatem anteponunt.* Miror Valckenaerium, cui in iſto loco δίκη ſit *jus & aequum*, τὸ ἐπιεικὲς *nimia lenitas*, quae certe ipſius non fuit ſententia *ad Herodotum* pag. 215. qui, ſi quiſquam alius, & originem vocis vimque primitivam, & conſtantem illius, etiam apud Philoſophos, uſum habebat perſpecta. Optime *Etym. Magnus* pag. 359. ἐπιεικὴς

παρὰ

παρὰ τὸ εἴκειν ϰ̀ ὑποχωρεῖν· ϰ̀ γὰρ οἱ πραεῖς ὑποχωρȣ̃σι, καὶ ȣ̓κ ἀντιτείνȣσιν, ἔνθεν ἐπιείκεια. Ἐπιεικῶς σημαίνει καὶ τὸ μετρίως, ἤτοι συμμέτρως, ϰ̀ τὸ ἱκανῶς. Igitur ἐπιεικὴς eſt, qui, notiſſimum illud μηδὲν ἄγαν, μέτρον ἄριστον, ſemper in animo habens, in omnibus dictis factisque eam *mediocritatem* ſervat, quae virum bonum decet. Isaacus Casaubonus, quo nemo melius voces haſce ἐπιεικὴς & ἐπιείκεια explicuit in *Comm. ad Polyb.* pag. 155. & quicum jungendus eſt J. J. Wetstenius *ad Ep. Pauli ad Cor.* Cap. x. Comm. 1. — Caſaubonus, inquam, opportune adfert definitionem Galeni, quae exſtat in *tertio Comment.* εἰς τὸ προῤῥητικὸν Hippocratis Tom. v. Opp. pag. 217. Ed. *Baſ.* ἄνθρωπον ἐπιεικῆ καλȣ̃μεν τὸν μέτριον, ᾧ μηδὲν ἄγαν πράττεται κατὰ τὸν βίον· atque adeo τὸ ἐπιεικῶς apud Hippocratem explicat ἐν τῷ μεταξὺ τῶν πολλὴν ἐλπίδα καὶ τῶν ὀλίγην ἐχόντων. Quemadmodum itaque apud Homerum τύμβος ἐπιεικὴς eſt *tumulus*, *non nimis amplus & latus*, quippe quem poſt fata Achillis facturi erant Graeci εὐρύν θ' ὑψηλόν τε, *decorus tamen & Patroclo dignus*, adeoque *mediocris & modeſtus*, ſic ἄνθρωπος ἐπιεικὴς eſt, qui haud ſemper ſeverae eſt juſtitiae *cuſtos rigidusque ſatelles*, ſed qui, ut Micio Terentianus, *non neceſſe habet omnia*

pro

pro suo jure agere, & qui offensis & erroribus in loco ignoscit: Quomodo & PLATO ἐν Ὅροις Tom. III. Opp. pag. 412. B. Ἐπιείκεια δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις, μετριότης ἐν συμβολαίοις, εὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά: Et magis etiam ad rem ARISTOTELES *Eth.* Lib. VI. Cap. II. τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστα φαμὲν συγγνωμονικὸν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην, qua definitione nihil aptius est ad declarandam mentem Euripidis in Fragmento, de quo agimus: *Tu Deos censeto faciles esse aliquando in condonandis offensis hominum, talesque qui & errantibus cum veniâ interdum possint ignoscere*, συγγνώμονας εἶναι καὶ ἐπιεικεῖς. "Ipsi „ homines aequitatem summo juri nonnunquam „ norunt esse praeferendam: Atque adeo im- „ mortales mortalibus minus essent prudentes, „ si summum jus moderatae aequitati antepone- „ rent." Verissimam sententiam, servato uno alteroque senario ex geminâ interpretatione Grotianâ, sic metro illigavimus.

Speranda Divûm facilis indulgentia est,
Si quis periclum mortis aut iram hostium,
Aut dira vincla jurejurando fugit,
Tective socius sit cruentis liberis:
Namque aut Dii sapiunt minus mortalibus,
Aut aspero juri aequitatem praeferunt.

Ex

Ex quibus Latinis noſtris patet, nobis ne unam quidem litteram in eximio Fragmento mutandam videri, multo minus v. 4. legendum ἢ τοῖσιν αὐθένταισι, quae mutatio vocis παισὶν in τοῖσιν peſſumdat elegantiam loci Euripidei. Diſpar ſcilicet erat Tragicus hominibus noſtris, qui, ſi fallax dictum, nemini prorſus noxium, pluribus utile aut nonnulli etiam ſalutiferum, propterea licitum dicatur, nec vindictâ Divinâ proſequendum, neſcio quas olim non excitaverunt Tragoedias. Ille contra jusjurandum, per vim extortum, non valere, & ſi quis ſacramento mortem, aut vincula, aut injurias hoſtium effugere conatus eſſet, faciles eſſe Deos erga violatorem talis jurisjurandi arbitrabatur. Quin accidere poterat, ut ſevera Religionis officia pugnarent cum ςοργῇ & amore erga liberos aut parentes. Quid? ſi quis filium homicidii convictum, & propterea exulem ac ſolo patrio extorrem, tecto recepiſſet? Piaculo certe ſe obſtrinxerat, ſed facili ad ignoſcendum Numine, cum pietas patris erga liberos miſero parenti veniam pararet. " Cum homicidis, inquit Valckenaerius, ſub „ eodem tecto, aut in eâdem eſſe navi, nefas „ arbitrabantur: *Filii ſint an patres, nihil in-„ tererat.*" Verum intererat omnino *filios eſſe* in iſto, de quo agitur, caſu. Haec Veterum erat opi-

nio

nio, scelus ab eo commissum, qui Religionem violasset Deorum, contagione suâ polluere, vindictaeque Divinae obnoxios reddere, non eos tantum, qui *sub iisdem essent trabibus fragilemque cum scelesto solvissent ratem*, sed totam, in qua esset, civitatem, classem, exercitum. Idcirco non tantum vetitum erat τὸν βέβηλον καὶ ἀνόσιον tecto recipere:

Οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἅπτεσθαι δόμων,

(vid. PERIZON. *ad Ael: Var. Hist.* Lib. VIII. Cap. 5.) sed & qui recepisset, nisi ejusdem criminis particeps haberetur, hanc tamen erga Patriam contraxisse culpam videbatur, quod illam, reverso contra Leges exule, piaculo foedasset. Id est, quod LIBANIUS ait *in Progymn.* (Tom. I. Opp. pag. 38. D.) οὕτω δὲ δεινὸν καὶ θεοῖς ἐχθρὸν ἡγήσαντο τὸν ἀνδροφόνον, ὥστε κἂν τὸν αὐτὸν ὄροφον ὑπέλθοι τις τῷ τοῦτο τετολμηκότι, κοινωνὸς τῆς ἀδικίας νενόμισται. Alia habet MEURSIUS *Them. Att.* Lib. I. Cap. 15 — Quin dici vix potest, quam late pateat haec Graecorum opinio de *Vindicibus violatae Religionis & commissi perjurii Diis*, etiam in Jurisprudentiâ Atticâ: Sed, ne jam longius a proposito divagemur, istam argumenti nostri partem in aliud Caput reservabimus, eâque nunc

tan-

tantum utemur, ut demonstremus, optime sese habere ista Euripidéa:

Ἠ παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων·

& rectissime vertisse HEATHIUM *Notis in Frag. Eurip.* pag. 184. *aut filios homicidas in domum receperit.* Nimirum, quando (uti ait idem) " apud veteres Graecos nefas habe„ retur, quemquam humanâ caede pollutum in„ tra tecta recipere," ignoscebant tamen, arbitro Euripide, Dii, nec piaculum severius vindicabant, si quis, excusandâ facile στοργῇ motus, liberis homicidii reis domum suam patefecisset, aut profugis hospitium non negasset: Illaque Tragico haud erat *nimia lenitas*, sed ἐπιείκεια, *aequitas justitiam temperans*, Numini haud minus conveniens & decora quam mortali. Scelera Dii & delicta exsequuntur, non pietatem, timidam etiam aut humanitus errantem: Nam,

Facilius, si quis pius est, a Dîs supplicans;
Quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi.

Neque id ignorabat, qui genus optime noverat humanum: *Il.* I. v. 495.

Καὶ

Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Sed & noverat idem ille *Il.* A. v. 218.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ·

dictum tam eximium, ut ipse Deus Chrysanthio illud in somnio accinerit, referente, cui ipse Chrysanthius rem narraverat, EUNAPIO *in vitâ Maximi* pag. 79. Ed. *Commel.* utque, si ejus meminisset, priorum censurâ abstinuisset ATHENAGORAS *Leg. pro Christ.* Cap. XII. pag. 49. Certe vel unus ille versus Homericus praestat gemino Fragmento, quod de *sacrificiis inutiliter oblatis ab iis, qui mente impurâ Numen adeunt*, nobis adnumerant Patres Ecclesiae. Primus ille locus est, quem mendacis Judaei, sub ficto *Hecataei* nomine latentis, fidem secuti, Sophocli adfingunt partim idem ATHENAGORAS *Leg. pro Christ.* Cap. VI. pag. 24. plenius JUST. MARTYR *Cohort. ad Graecos* pag. 20. *de Monarchiâ* pag. 37. CLEM. ALEX. *Strom.* Lib. V. pag. 717. Ed. *Pott.* ex Clemente EUSEBIUS *Praep. Euang.* Lib. XIII. Cap. 13. pag. 680. denique THEODORETUS *Therap.* Serm. VII. pag. 109.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐςιν Θεὸς,
Ὃς ἐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντε τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας.
Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὰς,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων,
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπες,
Θυσίας τε τέτοις καὶ καλὰς πανήγυρεις
Τεύχοντες, ἕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Provocabat ad eos, *qui luculenter Graece sciunt*, RICHARDUS BENTLEJUS *in Epist. ad Jo. Millium* pag. 12. seqq. 91. seqq. ut istos versus *non esse a Sophocle* demonstraret. Actum post Virum maximum non agemus, cum persuasissimum nobis sit, ne opus quidem esse luculentâ Graeci sermonis peritiâ, ut colorem dicendi Hellenisticum, phrasin Alexandrinam, hominem denique Judaicum in istis senariis agnoscamus, uno forte excepto versu tertio, quam laciniam aliunde adsumserit: Sed comparet, quaeso, quisquam istam ῥῆσιν cum alterâ, quam *Philémoni* JUSTINUS MART. *de Monarchiâ* pag. 39. *Menandro* tribuit CLEMENS ALEXANDR. *Strom.* Lib. v. pag. 605. ex Clemente EUSEB. *Praep. Euang.* Lib. XIII. Cap. 13. pag. 682. & 683.

Εἷ

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
Ταύρων τε πλῆθος ἢ ῥίφων, ἢ, νὴ Δία,
Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα
Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδος ἤτοι πορφυρᾶς,
Ἢ δι' ἐλέφαντος, ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν Θεὸν καθίσαναι,
Πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
Μὴ παρθένους φθείροντα, μὴ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν.
Μηδὲ βελόνης ἔναμμ' ἐπιθυμῆς, Πάμφιλε,
Ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.


Quum *Prolegomena* ſua in *Stobaeum* ſcriberet hominum vere religioſorum longe eruditiſſimus, idemque eruditorum longe religioſiſſimus *Hugo Grotius*, in id unum mentem intendebat ſuam, ut demonſtraret, " plenioris illius lucis, quae „ in ſacris Codicibus apparet, ſcintillas paſſim „ apud Scriptores Gentiles Graecos conſpici mul- „ tas atque varias:" Sed, id agens unice, occupatum animum ad κρίσιν non deflexit, utrumque Fragmentum in rem ſuam adhibens pag. 18. & 29. At vero quem in utroque Judaeus Alexandrinus lateat? Belle ſcilicet conveniunt iſta adjuratio, νὴ Δία, & mox ὁ Θεὸς, τὸν Θεὸν! Qui *per Jovem* jurabat in ſcenâ, non huic *uni-*

cus in ore fuiſſet *Deus*: Tum illud iterum in utroque πλανᾶσθαι, quod & merito jam offendebat Bentlejum: Tum denique θεῶν ἀγάλματα ἐκ λίθων, τύποι ἐλεφαντίνων, ut ſcripſit Helleniſta, ſeu, ut ſcribere Tragicus debuiſſet Atticus, τύποι ἐλεφάντινοι, ζώδια δι᾽ ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου, (quemadmodum loqui ſe poſſe credidit Poëta ſemi-barbarus,) κατασκευάσματα χλαμύδος χρυσᾶς ἤτοι πορφυρᾶς, — omnia homine ſane Judaïco digna! Novimus ἀναθήματα in Templis Jovis Olympii, Apollinis Delphici, Dianae Epheſiae, Junonis Argivae, Minervae Atticae, aliisque pretioſa & magnifica; novimus ſtatuas ex auro, ebore, marmore: Sed quis unquam memoravit ζώδια ἐλεφάντινα ἢ ἐξ σμαράγδου; Magnifica iſta & plane Aſiatica luxuriantis ſunt ingenii Orientalis, non ſobriae mentis Atticae. Legerat larvatus iſte Hecataeus ſeu quisquis fuerit, quam ſplendida ex auro, lapidibusve pretioſis, Templi Hieroſolymitani ſummique Pontificis fuiſſent ornamenta: Legerat ille in Interpretatione ſuâ Alexandrinâ, καὶ οἶκον ἐλεφάντινον ᾠκοδόμησε· τράχηλός σου ὡς πύργος ἐλεφάντινος· στίχος λίθων, τοπάζιον, σάρδιον, καὶ σμάραγδος· καὶ λήψῃ τοὺς δύο λίθους, λίθους σμαράγδου. Quin conſideret, quaeſo, quispiam phraſin ποιήσας κατασκευάσματα, ζώδια δι᾽ ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου, conferatque cum

cum loco SIRACHIDAE Cap. XXXV. (XXXII.) Comm. 6. ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ σφραγὶς σμαράγδου. Formam dicendi prorsus esse eandem, id est, Judaïcam & Alexandrinam, nos, quovis pignore posito, contendamus. — Atque hic commode Cl. noster RUHNKENIUS in memoriam nobis revocat scripta ab ISAACO VOSSIO *ad Catullum* pag. 196. de more Judaeorum Alexandrinorum, quos cum Lex Divina vetaret imagines hominum aut animalium exprimere, monstra & fabulosa pingebant animalia, & tapetia contexebant ζωωτὰ, quae animalia seu magis monstra alata, atque id genus alia, illi in aede sacrâ collocabant ornatus gratiâ, pari ratione atque Aegyptii Sphingas, Cynocephalos, Sirenas, similiaque ζώδια.

Igitur, ut hujus disputationis faciamus finem, nos certe, ut vere & pie sensisse Gentiles de Numine, de precibus, de sacrificiis, probemus, non nisi caute utendum esse Fragmentis, quae Patres Ecclesiae sub Veterum nominibus in medium proferunt, existimamus; libentiusque locum nostrum Plautinum conferimus, non cum PLATONIS *Alcibiade secundo* similibusve illius Philosophi sermonibus, (ista etenim ad Philosophiam pertinent, non ad quotidianum vitae usum,) sed cum iis, quae magis populariter

dicta sunt, quale est illud Cyri apud XENOPHONTEM *Cyropaed.* Lib. I. pag. 15. ed. *Steph.* merito a Plutarcho laudatum, εἰκότως ἂν καὶ παρὰ τῶν Θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων, ὅστις μὴ, ὁπότε ἐν ἀπόροις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ᾽ ὅτε ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν Θεῶν μεμνῷτο· aut illud Socratis XENOPHONTÉI *Mem.* Lib. I. Cap. 3. Ed. *Ern.* ὃς ἐνόμιζε τοὺς Θεοὺς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων τιμαῖς μάλιστα χαίρειν. — *Nec in victimis quidem* (SENECAE sunt verba *de Benef.* Lib. I. Cap. 6.) *licet opimae sint, auroque praefulgeant, Deorum est honos, sed piâ ac rectâ voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fritillâ religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.*



CA-

CAPUT NONUM.

Juris Attici excellentia, praesertim in caussis criminum & homicidii. Accusati Athenis nullis cruciatibus vinculisve enecti, immo nec in carcere aut custodiâ habiti, sed fuga iis & exilium liberum, etiam in Judicio, usque ad secundam Orationem. Hujus juris constituti ratio. Ordo judicii in caussis caedis vel homicidii. Διωμοσία *&* ἀντωμοσία. *Locus* Demosthenis *in* Oratione contra Aristocratem *expositus. Duplex Oratoris euphemismus.* Τριακὰς *seu ultimus cujusque mensis dies, Manibus Diisque inferis sacer. Pars* διωμοσίας *triplex.* Lexicon Rhetoricum *MS. bis emendatum & explicatum.* Ὁ πρότερος λόγος *in Foro Attico. Praestantia Juris Attici in vindicandâ pietate erga parentes. Quid* ἐπιφέρειν τὴν ψῆφον. *Jusjurandum & execratio*

partis victricis post latam sententiam. Communis in Areopago & apud Ephetas agendarum caussarum forma. Persuasio de Vindictâ Divinâ & certo Ultionis eventu. Ratio liberi exilii, quod reo Athenis permittebatur. Solemnia judicii ad istum metum horroremque animis incutiendum parata. Oratorum Atticorum eam in rem loca.

Superiori Capite dicebamus, cogitari vix posse, quam late pateat haec, quam tractamus, Graecorum persuasio de *Ultione Divinâ*, *vindicibusque violatae Religionis & commissi perjurii Diis*, etiam in Jurisprudentiâ Atticâ. Quod pluribus poteramus, nunc uno probabimus exemplo, cum re nostrâ proxime conjuncto. — *Non omnium*, *quae a majoribus constituta sunt*, *ratio reddi potest*, scribenti JULIANO Jurisconsulto si vix est ut adsentiamur, multo minus NERATIUM sequimur censentem, *ideo rationes eorum*, *quae constituuntur*, *inquiri non oportere*; *alioquin multa ex his*, *quae certa sunt*, *subverti*. Sed ista ferri scilicet possunt in illo,

illo, quo Trajanus amico & familiari utebatur, quique ipse forsitan non infra spem erat Imperii potiundi, dummodo scripta accipiantur de iis, quae a summo Imperante recens constituuntur, non de illis quae olim constituta sunt aut a majoribus tradita: Namque Legum caussas cognoscere, atque ex caussis de sententiâ & vi Legis judicare, id demum est Jurisconsultum se praestare: Et in Jure quidem Romano, qui receptarum opinionum Forique disputationis rationem in ipsâ Reip. formâ, Religione, moribus quaerit, nae is reperiet, eam reddi posse in plerisque, quae ab antiquis Romanis constituta sunt; neque immerito istud *Juliani* pronunciatum displicuisse videri CUJACIO *Obs. Jur. Rom.* Lib. XVIII. Cap. 15. Idem in Jure Attico obtinet, quod si ab iis altius exquireretur, qui tum de aliis rebus ad Jurisprudentiam pertinentibus, tum maxime de vindicandis criminibus puniendisque reis disputant, foret aliquando, quod veterum istorum Graecorum sapientiam atque humanitatem demirarentur, & sordere sibi prae illâ, nisi Imperatorum Romanorum Constitutiones, recentiorum saltem Prudentum spissa volumina faterentur. Quid ni enim mirum accidat iis, qui non nisi de indagandis, exquirendis, convincendis reis, de quaestione

habendâ, de necessario in re criminum equuleo, somniant, — quid ni mirum accidat huic Jurisconsultorum genti, reo Athenis defensionem caussae liberaliter fuisse permissam; nullis neque judices neque accusatorem eum ursisse interrogationibus, nullis territasse minis, nedum carnificum tormentis; nec unquam apud Graecos, praesertim Athenienses, cuiquam nisi Tyranno in mentem venisse, liberos homines cruciatibus ad confitendum crimen adducere? Sed hoc parum: Plus est, tam longe absfuisse Athenienses ab adficiendo malis nondum convicto reo, ut illum ne vinculorum quidem incommodis aut squallori carceris subjicerent. Quin, reo, post caussam jam dictam habitamque primam a se orationem, licebat, si, auditis probationibus adversarii, defensioni suae diffideret, fugâ saluti suae consulere, & eâ, quae ipsi integra manserat, eundi redeundique liberâ uti facultate, ut, amissis tantum & in aerarium redactis bonis, caetera salvus in peregrinum solum evaderet. Classicus & nemini, qui hanc Juris Attici partem haud ignorat, incognitus locus est DEMOSTHENIS *in Orat. c. Aristocratem* pag. 413. §. 108. " Homicidii reo, „ inquit, licet adhuc, primâ oratione habitâ, „ foro cedere & in peregrinam terram abire:

„ Ac

„ Ac neque accuſator, neque ipſi judices, „ neque aliorum mortalium quisquam, jus ha- „ bet impediendi, ne fugâ ſaluti ſuae conſulat:" *Τὸν πρότερον δὲ ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὔθ' ὁ διώκων, οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔθ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλύσαι.* Tanti erat priſcorum iſtorum mortalium etiam erga illum, qui non caſu & fortuito, *ἀκουσίως*, ſed qui obfirmato animo deſtinatoque conſilio, *ἐκ προνοίας*, caedem commiſerat, id eſt, in hominem deterrimum, lenitas! — At vero crudelitatem erga cives innocentes, ignaviam erga Rempublicam, hanc adverſus ſontes clementiam eſſe, dicat quisquam ex ſeveriori Juridicorum ſcholâ. — Accuſare deſinet, cum cauſſam cognoverit. Ipſe in illam inquirit DEMOSTHENES. " Quid, „ inquit, o Athenienſes! haec ita ſeſe ha- „ bent? — Quod illi, qui haec jura ſic ab ini- „ tio conſtituerunt, quicunque demum fuerint, „ ſive Heroës, ſive Dii, infortuniorum pon- „ dus gravius reddere noluerunt, ſed humanitus „ infelicium caſus allevarunt, quantum quidem „ recte pòterant." *Τί δήποτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' οὕτως ἔχει; ὅτι οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, οἵτινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες, εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν, εἰς ὅσον εἶχε καλῶς, τὰς*

συμ-

συμφορὰς. Et vere profecto! Jurisprudentiâ enim Atticâ in exfequendis criminibus nihil moderatius, nihil aequius cogitari poteft: Sed erat, quod praeterea diceret Demofthenes, fi illud fuum εἰς ὅσον εἶχε καλῶς latius explicuiffet. Ratio hujus juris conftituti in opinione *de Vindictâ Divinâ*, non quidem adeo *caedem*, fed *perjurium* ulturâ, & in Διωμοσίᾳ, quaerenda eft.

Res ita fefe habet. — Quum, re fummatim a Rege Sacrorum cognitâ, accufatio de caede ad Tribunal Areopagi, vel, fi caedem fortuitam feu cafu factam diceret reus, ad Judices in Palladio effet delata, antequam cauffam orarent, facerrimum praeftabant uterque, & actor & reus, facerrimis ritibus, jusjurandum: Namque accufator, infiftens profectis victimarum, immolatarum ab iis, qui in proximo ad Areopagum Fano Furiarum facris praeerant, apri fcilicet, capri, & tauri, die aliquo Diis inferis, ut videtur, facro, jurabat, ad earundem τῶν σεμνῶν Θεῶν feu Eumenidum aram, *exitium fibi, & generi fuo, totique familiae, fi per calumniam accufaret:* Similiterque reus, iisdem ritibus atque diris, *& fibi & liberis pofterisque, & toti domui, ultimam perniciem imprecabatur, nifi criminis fibi illati innocens effet, & falfo ab accufatore in periculum capitis adductus.* Tum prae-

praeſtito ab utrâque parte tali jurejurando, quale in nullâ aliâ re praeſtabatur, — (οὐδὲ τὸν τυχόντα τιν᾽ ὅρκον, inquit DEMOSTHENES d. l. §. 106. ἀλλ᾽ ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου) — accuſator adſcendebat in Lapidem Ὕβρεως, reus in Lapidem Ἀναιδείας, in quâ argenteâ baſi collocati alternis vicibus cauſſam agebant; accuſabat actor; ad accuſationem reſpondebat reus; hujus argumenta, probationes, teſtes, accuſator refellebat, diluebat; auditisque adverſarii argumentis & ad defenſionem ſuam reſponſionibus, integrum accuſato erat, praeſentibus judicibus, ſpectante adverſario, audientibus videntibusque, qui judicio aderant, civibus, loco cedere, fugam capeſſere, & relictis, quae auferre non poterat, bonis, ſolum vertenti vitam ſervare, δεδιότα δίκης ἕνεκα δρασκάζειν, ut Legis hujus Atticae verbis utamur, quae habet LYSIAS *adv. Theomneſtum* pag. 178. Ed. *Tayl.* & de quibus praeter TAYLORUM *in Lect. Lyſ.* pag. 716. agunt MEURSIUS *de Areop.* Cap. VIII. pag. 51. PETITUS *ad LL. Att.* Lib. VII. Tit. I. §. 2. Sin, vel innocentiâ ſua fretus, vel ſpretis adverſarii probationibus, in negando crimine perſeveraret reus, jurabat iterum, *ſe in defenſione ſuâ vera dixiſſe & juſta*, quemadmodum & actor, poſt primam orationem, ſacramento ite-

iterum adſirmabat, *ſe in agendâ cauſſâ veri & juſti fuiſſe obſervantem:* Ac tum demum, quando ſic, iterato ſacramento, ſecundâ oratione ſe defenderat accuſatus, velut litis conteſtatae quodam quaſi-contractu, ad exſpectandum judicium obſtringebatur, quod judicium, poſtquam injectis numeratisque ſuffragiorum calculis perlatum eſſet pronunciatumque, tertiâ vice jurabat pars victrix, " judices, qui ſententiam ſecundum ſe „ tuliſſent, vere & juſte ſtatuiſſe, & nihil falſi „ ſe dixiſſe; *ſin minus, ipſum ſibi & familiae „ ſuae peſtem precari & interitum; judicibus „ autem ut multa evenirent bona, optare.*"

Hic judiciorum Atticorum in cauſſis homicidii nobis videtur fuiſſe ordo, in quo conſtituendo nonnulla ſunt a Sigonio aliisve aut omiſſa aut ſecus intellecta. Ac primo quidem, quod diximus, victimas, quarum proſiciis ſacramento ſeſe devoventes inſiſtebant, immolatas fuiſſe a ſacerdotibus, qui in Fano prope Areopagum Eumenidibus operabantur, id colligimus ex verbis Demoſthenis, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ᾽ ὧν δεῖ, *mactatarum ab iis, a quibus oportet.* Solemnis euphemismus, qui Furiis Eumenidum & τῶν σεμνῶν Θεῶν nomina peperit, Oratori ſervandus erat; pariterque de die, quo Furiis ſacra facere fas erat, locutus, favebat lin-

linguae dicens, ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. Nempe tricesimus cujusque mensis dies non tantum Diis Manibus sed & Diis inferis sacer erat, atque appellabatur τριακὰς vel τριακάδες, uti discimus ab HARPOCRATIONE v. τριακὰς, quem eleganter &, ut putamus, vere emendat summus HEMSTERHUSIUS ad *Lucian.* Tomo I. pag. 330. τοῖς τετελευτηκόσι ἤγετο ἡ τριακὰς ἡμέρα (id est, ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνὸς) διὰ τὴν Ἑκάτην. Igitur, quum jam haberetur judicium de vindicandâ nece caesi, solemne jusjurandum praestabatur illo die, qui & Manibus defuncti & Eumenidibus cum reliquis Inferis erat sacer: Atque has τριακάδας Orator vocat τὰς ἡμέρας, αἷς προσήκει, euphemismo simili aliis, quos in ejusmodi argumento memorat POLLUX Lib. VIII. Segm. 25. εἴποις δ' ἂν καὶ φιλόδικόν τινα, καὶ ἔνδικον, οὐ μόνον ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ ἡμέραν, ἐν ᾗ δικάζουσι· τὸ γὰρ ἄδικον εἰπεῖν ἐν ᾗ μὴ δικάζουσι, βιαιότερον. — Quanto βιαιότερον fuisset, si ipsas τριακάδας Demosthenes memorasset? Atque hanc, quam conjecturâ ducti facimus, interpretationem, aequis rerum arbitris placituram speramus. — Porro est, in quo ab aliis de Antiquitate Atticâ Scriptoribus discedimus, triplex nempe διωμοσία, seu potius ejusdem διωμοσίας pars triplex, quam unam tantum memorant plerique, Grammaticos secuti,

quos

quos editos habemus, quique hac de re parum dilucide egerunt. Minus plene certe quam solet, utilissimus caeteroquin HARPOCRATION v. διωμοσία, κυρίως ὁ παρὰ τῶν διαδικαζομένων. Paulo plenius POLLUX Lib. VIII. Segm. 55. Ἀντωμοσία δὲ ὅρκος, ὃν ὁ κατηγορούμενος ἀντομνύει, ἦ μὴν μὴ ἀδικεῖν. Διωμοσία δὲ ὁ παρ' ἑκατέρου ὅρκος. Quomodo fere & SUIDAS v. Διωμοσία ἢ ἀντωμοσία· ὅταν οἱ κατηγοροῦντες ὀμνύωσιν, ὡς ἀληθῶς κατηγοροῦσιν, τοῦτο διωμοσία· ὅταν δὲ οἱ κατηγορούμενοι ὀμνύωσιν τὸν αὐτὸν ὅρκον διαλυόμενοι τὰ ἐγκλήματα, τοῦτο ἀντωμοσία. Et supra, iisdem verbis quibus TIMAEUS *Lex. Plat.* pag. 89. ed. ult. Διωμοσία· ὅρκοι οἱ ὑπὸ τῶν δικαζομένων γενόμενοι, τοῦ μὲν ὀμνῦντος, ὅτι παθὼν ἐγκαλεῖ, τοῦ δὲ ἄρα, ὅτι οὐκ ἐποίησεν. Alia addi possent ex ULPIANO *ad Demosthenem*, ETYMOLOGO MAGNO, aliisque, quae habent Interpretes ad POLLUCEM d. l. PETITUS Lib. VII. Tit. I. §. I. pag. 606. ibique Cl. *Wesselingius*; sed quae omnia haud comparanda sunt ad explicationem, quam hujus actus legitimi praebet LEXICON RHETORICUM MS. quod beneficio amicissimi RUHNKENII nobis ad manus est, quodque, inter plura eximia, sed & alia minoris momenti, aut manca & mutila, (nam, ut omnia fere Lexica ejusmodi, ex pluribus conflatum est)

eſt) haec habet v. *Διωμοσία*. Locum jam protulit Vir. Clar. ad TIMAEI *Lex. Plat.* v. *ἀντωμοσία* p. 38. ſed eum hic adſcribemus, utpote qui, ad rem noſtram apprime utilis, ope criticâ etiam indigere videatur. *Διωμοσία* (inquit) *ὅρκος ἐστὶν, ὃν ὤμνυον οἱ φόνε ἀγῶνα διώκοντες ἢ φεύγοντες· ἀμφότεροι γὰρ ὤμνυον μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν παρόντα λόγον· ἦ μὴν ἀληθῆ κατηγορηκέναι καὶ δικαίως, ὁ δὲ ἦ μὴν ἀληθῆ ἀπολελογῆσθαι καὶ δικαίως· ὤμνυον δὲ καὶ, πρὶν εἰπεῖν, τὸν αὐτὸν ὅρκον ἀμφότεροι, ἐπενεχθείσης ἤδη τῆς ψήφε, εἰ μὴ δικαίως νενικηκέναι, ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενος, εἰ ἐξηπάτησεν.* Primum optime jam amiciſſimus Timaei Editor ante iſta priora *ἦ μὴν*, addit *ὁ μὲν, ἦ μὴν*· nempe actor, cui reſpondet ſequens; *ὁ δὲ*, nempe reus. Sed praeterea, quid eſt, *ὁ παρὼν λόγος*; quid *εἰπεῖν τὸν παρόντα λόγον*; Vox iſta *παρόντα* debetur male intellectae notae tachygraphicae pro *τὸν πρότερον λόγον*, qualia vitia & errores ex characteribus celeriter ſcribentium perperam explicatis in iſto Lexico ſaepius reperiuntur. Ὁ *πρότερος λόγος* eſt *prima rei defenſio*; prima quam vel ipſe, vel pro eo Rhetor aut amicus habebat, oratio, poſt quam, ſi ulteriori defenſioni diffideret, licebat ipſi ſalutem fugâ parare, uti ex Demoſthenis verbis ſupra apparuit: POLLUX Lib. VIII. Segm. 92. officium deſcri-

bens τῶν πωλητῶν, qui pecuniam publicam in aerarium redigebant, inter bona ista Reip. vindicanda memorat τὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου μετὰ τὸν πρότερον λόγον φυγόντων οὐσίας. Et perspicue magis Segm. 117. de formâ litis apud Areopagum contestandae agens, ἐγίγνετο δὲ διωμοσία, inquit, καὶ μετὰ αὐτὴν κρίσις· προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι· μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον ἐξῆν φυγεῖν, πλὴν εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. Quantivis pretii particulam πλὴν verissime addendam censebat summus HEMSTERHUSIUS, cui si typothetae dicto fuissent audientes, illa inter Pollucis verba jam legeretur. Nimirum & hoc Juris Attici placitum, ut omnibus homicidis post priorem orationem, atque ex ipso judicum conspectu, liceret sese poenae per exilium subducere, praeterquam parricidis, — ista Lex Attica, inquam, pertinet etiam ad eximiam istam adversus parentes pietatem, qua Athenienses cunctis aliis gentibus praestiterunt, & quae in omni eorum Jure tam excellenter reperitur, ut istud argumentum inter plura sit, quae ad commendandam, haud cognitam satis, humanissimam & aequissimam Jurisprudentiam Atticam forte alias a nobis dicentur, interim ea in memoriam revocantes, quae superius (Spec. II. p. 83.) sunt scripta. — Igitur in *Lexico Rhetorico* omnino legendum censemus, ἀμφό-

τε-

τεροι γὰρ ὤμνυον μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν πρότερον λόγον· ὁ μὲν, ἦ μὴν ἀληθῆ κατηγορηκέναι καὶ δικαίως· ὁ δὲ, ἦ μὴν ἀληθῆ ἀπολελογῆσθαι καὶ δικαίως. "Ambo jurabant, „ habitâ jam priori Oratione, & accusator & „ reus; ille quidem, se vere & juste seu sine „ calumniâ in accusatione fuisse versatum; hic „ autem sese vere & juste sui egisse defensionem;" nisi tamen reus, ultra pejerare veritus, jacturam bonorum & exilium novo crimini & verendae Deorum irae praetulisset. — Alterum in *Lexico Rhetorico* latens vitium est in hisce, quae sequuntur, ὤμνυον δὲ καὶ, πρὶν εἰπεῖν, τὸν αὐτὸν ὅρκον ἀμφότεροι, ἐπενεχθείσης ἤδη τῆς ψήφου, εἰ μὴ δικαίως νενικηκέναι, ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενος, εἰ ἐξηπάτησεν. Manifesto contraria sunt πρὶν εἰπεῖν & ἐπενεχθείσης ἤδη τῆς ψήφου· Nam ἐπιφέρεσθαι ἡ ψῆφος dicitur cum calculus urnae immittitur, sive praeco cados circumferret, ut sedentes in loco judices suffragia singuli sua alterutri injicerent, sive ipsi de sede surgentes ad geminam urnam accederent, ut colligere est ex *Scholiis* ad ARISTOPHANIS *Vespas* v. 750. Atqui, datis jam suffragiis, praeposterum illud est πρὶν εἰπεῖν. Nobis quidem videtur de duplici sacramento in istis postremis egisse Lexicographus, primum quod praestaretur πρὶν εἰπεῖν, alterum (sed a victore solo) ἐπενεχθείσης ἤδη τῆς ψήφου.

Prius, quod descriptum seu oblatum putamus in ipso libello ad Archonta exhibito, qui caussae futurus erat εἰσαγωγεὺς (v. HARPOCRAT. & TIMAEUM v. ἀντωμοσία) ab omnibus Oratoribus & Grammaticis memoratur, tanquam quod locum habuerit ante introitum litis. De altero, post lata suffragia praestando, plus esset, quod dubitaremus, nisi egregius superesset AESCHINIS locus *de pravâ Leg.* pag. 39. in f. Ed. *Steph.* Ἢ πῶς οὐκ εἰκότως οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν ταῖς φονικαῖς δίκαις ἐπὶ Παλλαδίῳ κατέδειξαν, τέμνοντες τὰ τόμια, τοὺς νικῶντας τῇ ψήφῳ ἐξορκίζεσθαι (καὶ τοῦτο ὑμῖν πάτριόν ἐστιν ἔτι καὶ νῦν) τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια ψηφίζεσθαι τῶν δικαστῶν ὅσοι τὴν ψῆφον ἤνεγκαν αὐτῷ, καὶ ψεῦδος μηδὲν εἰρηκέναι· εἰ δὲ μή, ἐξώλη τε αὐτὸν εἶναι ἐπαρᾶσθαι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ· τοῖς δὲ δικασταῖς εὔχεσθαι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ εἶναι; Ergo, qui judicio in caussâ caedis victor fuerat, quasi Deorum iram & vindictam (si male judicatum esset) a judicibus in suum ipsius caput aversurus atque imprecaturus, iisdem, quibus ante actam caussam, ritibus jurabat, vere & juste suffragia tulisse judices, quotquot in victricem urnam calculos injecissent, & in sententiâ sua nihil pronuntiasse falsi; quod nisi esset, se ipsum ultimo devovebat exitio familiamque iisdem execrabatur diris; judicibus autem (a

cul-

culpâ, quam in ſe derivarat, immunibus) multa bona apprecabatur, felicia & fauſta. Neque eſt, quod quisquam miretur de ſolo ibi loqui Aeſchinem Judicio, quod in Palladio habebatur, quemadmodum ſaepe fit in enarrandâ Antiquitate Atticâ, ut ad unum Tribunal reſtringantur, quae omnibus fuerunt communia: Nam quae aut in Areopago, aut apud Ephetas in Palladio, legitime fuerunt acta, ea locum habuerunt in omnibus Tribunalibus, ſeu potius in omnibus locis, ubi de cauſſis homicidii, δίκαις φονικαῖς, fuit judicatum. Quin, ſi vita nobis ſuppetat & vires, aliquando ſumus demonſtraturi, Areopagum a caeteris quatuor Tribunalibus, quae de caede pronuntiabant, non niſi loco olim fuiſſe diverſum, & ante Solonis aetatem ſub communi Ephetarum nomine fuiſſe comprehenſum; quo in nodo ſolvendo haeſerunt Veteres, PLUTARCHUS praeſertim *in vitâ Solonis* pag. 88. uti & magnus iſte, qui Athenis praeterea fuiſſe fertur, Tribunalium numerus, facile ad unum, ſed magnum, Heliaſtarum Collegium, in varia δικαστήρια diviſum, redigetur. — Idcirco, quod de Διωμοσίᾳ ad Areopagum praeſtitâ docetur, id omnibus Tribunalibus φονικοῖς, quantum res ſineret, fuit commune; & contra, quod de uno Palladio (quia ſic occaſio ferebat)

narrat Aeschines, id de aliis hujus generis Judiciis (uno forte, post Solonis tempora, excepto Areopago ob rationes, quas hic referre longum foret) certo adfirmatur. — Jam, his observatis, facile patet, in Glossâ *Lexici Rhetorici* copulam saltem desiderari ante Ὑπενεχθείσης, dein transponendas voculas εἰ μὴ post νενικηκέναι: Sed, si nostri res esset arbitrii, qui novimus quoties in illo Lexico Librarius voces omiserit, ex collatis Etymologo Magno, Suidâ, aliisve, vel ex ingenio supplendas, totum locum constitueremus, additâ voce ὁ νικῶν, quae propter similitudinem ductuum in sequenti δικαίως absorpta fuerit, hunc in modum: ὤμνυον δὲ καὶ, πρὶν εἰπεῖν, τὸν αὐτὸν ὅρκον ἀμφότεροι, καὶ ἐπενεχθείσης ἤδη τῆς ψήφου ὁ νικῶν, δικαίως νενικηκέναι, εἰ μὴ, ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενος, εἰ ἐξηπάτησεν. Atque ita *Lexicographi Rhetorici* haec erit sententia, ex qua totam hanc judicii partem supra formavimus: " Διωμοσία jusjurandum est, quod jura-
„ bant quicunque crimine caedis aut postula-
„ bant aut postulabantur: Ambo enim jurabant,
„ postquam priorem habuissent orationem, ille
„ quidem vere se & juste accusasse; hic autem
„ se in defensione suâ vera dixisse & justa:
„ [Illa accusati propria erat ἀντωμοσία.] Prae-
„ stabant etiam, antequam caussam orarent,
„ idem

„ idem ſacramentum; tum &, latis jam ſuffra-
„ giis, victor, ſe ſecundum jus & leges diſce-
„ dere ſuperiorem; quod niſi eſſet, exitium
„ ſibi, qui judices fefelliſſet, imprecatus."

Iſta, quae huc usque diſputavimus, ab argumento noſtro de *Vindice criminum & perjurii Numine* minime ſunt aliena: Sed in rem praeſentem veniamus, videamusque, quae & quanta vis fuerit illius, quae Graecis, Athenienſibus praeſertim, firmiter haerebat, perſuaſionis in conſtituendâ illâ Jurisprudentiae Atticae parte. ANTIPHON in *Oratione de caede Herodis* pag. 139. 36. disquirens, quare in judiciis de homicidio res judicata pro veritate haberetur, magis quam in aliâ quacunque cauſſâ, hanc reddit rationem, quod in illis omnia ſic eſſent compoſita ad religionem metumque animis injiciendum, ut condemnatus, poſt tot & tam horrenda ſacramenta, ab accuſatore ac teſtibus praeſtita, ipſe ſententiam judicum, etſi in inſontem latam, culpare nefas haberet; quod certe ex vero dici potuit, de Areopago ſaltem, quandoquidem nunquam reus ab illo Tribunali fuit damnatus aut accuſator victus, qui ſententiam judicum ut injuſtam reprehenderit: Teſtimonium eſt DEMOSTHENIS in eâdem *Orat. c. Ariſtocr.* pag. 413. §. 104. Atque adeo, poſt

ſacerrimos ritus & talia ſacramenta, qualia in nullâ aliâ re praeſtari ſolebant, jus, quod Tribunal etiam praeter verum pronunciaverat, ipſo vero potentius eſſe videbatur, etiam ſi non eſſet Numen, perjurii, quo reus damnatus fuerat, vindex, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ τιμωρήσων· Sed aderant Dii tanti ſceleris in innocentem admiſſi ultores. Φονέα δὲ τὸν μὴ αἴτιον ψηφισθῆναι, ἁμαρτία καὶ ἀσέβειά ἐστιν εἴς τε τοὺς θεοὺς καὶ εἰς τοὺς νόμους. Et revera non ſine ratione colligere Antiphonta, vix vero eſſe ſimile, ut & accuſator per calumniam accuſaſſet, & judices perperam pronunciaſſent (καὶ οὐκ ἴσον ἐστι, inquit, τόν τε διώκοντα μὴ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι, καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς μὴ ὀρθῶς γνῶναι) — id non ſine ratione adfirmare Antiphonta, liquet, ſi conſideremus totam ab initio ad finem judicii formam, — conſidentes ſub dio judices, ne ſanguinis labes contagione eos ſuâ pollueret; (ANTIPHON ib. pag. 130. 30.) — ſacra, mactatis victimis, facta in ipſo ultricum Furiarum Fano, die atro & nefaſto, invocatis ad vindictam tum terribili Eumenidum choro, tum reliquis Inferorum Numinibus, appellatisque velut ad teſtimonium occiſi Manibus; — horribilem, ſacerrimis ritibus, jurisjurandi formulam; — diras exquiſitiſſimas, ultimamque perniciem non ſibi ſoli, ſed toti domui, ſed familiae, ſed generi

po-

posterisque destinatam; — dein solemnem πρόῤῥησιν, qua Rex, hujus Judicii praeses, universorumque sacrorum Atticorum caput, utrique & accusatori & reo, alterutri perjuro, conceptis verbis interdicebat religionibus, sacris, templis, aris Deorum, foro, omnique communione divinâ & humanâ (POLLUX Lib. VIII. Segm. 66. ibique KUHNIUS, STANLEJUS *ad Aeschyli Eumen.* v. 586.) — denique ipsam, cui insistebant, basin, Actor Lapidi Ὕβρεως, reus Lapidi Ἀναιδείας. —— Ista omnia, inquam, si consideremus, vix est, ut quisquam, nisi Numen esse negaverit, animo vehementer non fuerit commotus, & ad certissimam pestem, qua se ipse posterosque devovebat, non inhorruerit. "Horum omnium gratiâ (inquit ANTI„PHON pag. 139. 40.) & jura ista sunt consti„tuta, & sacramenta, & victimarum immola„tiones, & interdictiones sacrorum, & quae„cunque alia fieri solent, in caussis homicidii, „diversa omnino ab iis, quae in caeteris rebus lo„cum habere solent;" αὐτῶν δὲ τούτων ἕνεκα οἵ τε νόμοι, καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, καὶ αἱ προῤῥήσεις, καὶ τἄλλ' ὁπόσα γίγνεται τῶν δικῶν ἕνεκα τοῦ φόνου, πολὺ διαφέροντά ἐστιν ἢ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. Igitur & AESCHYLUS, cujus in Tragoediâ *Eumenidibus* cum eximiâ Areopagi laude

 totus

totus coram hoc Tribunali judiciorum ordo ob oculos ponitur, ne ſacerrimi quidem hujus Jurisjurandi obliviſcitur, quod jure optimo vocat *juſtitiae praeſidium*, *Eum.* v. 486.

Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια
Καλεῖσθ᾽ ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.

Neque quisquam eſt Oratorum Atticorum, qui iſtius ὁρκώματος non ut maxime horrendi meminerit. LYSIAS inde *Apologiam in Simonem* coram Areopago habitam orditur, pag. 70. " Non eo usque audaciae, (inquit) Simona „ proceſſurum arbitrabar, ut praeſtito tanto „ tamque verendo ſacramento ad vos veniret, οὕτω μέγαν καὶ σεμνὸν ὅρκον διομοσάμενον εἰς ὑμᾶς ἐλθεῖν. Pariterque ANTIPHO *de caede Herodis* pag. 130. 32. " Oportuerat te maximum „ validiſſimumque praeſtare jusjurandum, per„ niciem imprecatus tibi & generi tuo & uni„ verſae domui; δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον, ἐξώλειαν αὑτῷ, καὶ γένει, καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον. Cujus adeo verendi ſacramenti haec erat vis, ut haud rara videantur fuisſe exempla eorum, qui, vindicem metuentes Deum, vel ſponte, poſt primam orationem, abirent in exilium, aut etiam vadimonium deſererent, vel in ipſo Judicio crimen faterentur,

poe-

poenamque exſpectarent. Quod prius, pro more ſontium, Helus non feciſſet, argumentum inde pro innocentiâ clientis ducit ANTIPHON *de caede Herodis* pag. 131. 1. "Quod ſi „ meâ non interfuiſſet, in qua verſarer civita„ te, integrum mihi erat aut in jus vocato non „ venire, ac vadimonium deſerere; aut, poſt „ habitam primam defenſionem meam, licebat „ & judicio & civitate excedere; *καί τοι ἐμοὶ εἰ μηδὲν διέφερε τῆσδε τῆς πόλεως, ἴσον ἦν μοι καὶ προσκληθέντι μὴ ἐλθεῖν ἀλλ' ἐρήμην ὀφλεῖν τὴν δίκην· οὕτω δ' ἀπολογησαμένῳ τὴν προτέραν ἐξῆν* (ſic recte legit REISKIUS) *ἐξελθεῖν.* Neque tantum horrore percuſſus reus a Tribunali ſaepius, relictis bonis, ſecedebat in exilium; ſed & illa aliquando religionis vis erat, ut pejerare veritus, poenamque humanam irae Divinae praeferens, in ipſo judicio crimen fateretur. Auctorem habemus LYSIAM *in Orat. c. Andoc.* pag. 110. Ed. *Tayl.* "Ad Areopagum, inquit, ſanctiſſi„ mum juſtiſſimumque Tribunal, qui ſe crimen „ commiſiſſe fatetur, capitis damnatur; ſi litem „ conteſtetur, probationibus arguitur:" *καίτοι καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ, ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν, ἀποθνήσκει· ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται.* Sin contra omnium opinionem exſpectationemque accideret, quod certe admodum

ra-

raro accidiſſe videtur, ut quis falſo jurejurando judices decepiſſet, & vel innocentem reum injuriâ accuſaſſet atque oppreſſiſſet, vel debitam reus evaſiſſet condemnationem ac poenam, cenſebant Athenienſes, Deorum reverentiſſimi, quod, narrante TACITO *Ann.* Lib. I. Cap. 73. Conſulibus ſcripſit turpiſſimus poſt id tempus TIBERIUS: *Jusjurandum perinde aeſtimandum, quam ſi Jovem ſefelliſſet: Deorum injurias Diis eſſe curae;* & Tiberio longe melior Imperator ALEXANDER Felici in *L.* 2. *C. de Reb. cred. Jurisjurandi contemtam religionem ſatis Deum ultorem habere.* Igitur, cum Διωμοσία ipſius eſſet litis conteſtatae initium, apparet, quod in ipſo hujus Capitis principio dicebamus, cur reus, etiam homicidii, nullis in Foro Attico vinculis, nullâ cuſtodiâ teneretur, ſed liberâ uteretur eundi redeundique facultate, quin immo poſſet ipſo Judicio excedere, & ſolum vertens poenae ſe ſubducere: Exiſtimabant enim iram Divinam in perjurum eundemque homicidam, id eſt, in hominem peſſimum, qui ſe & piaculo ſanguinis ac crimine erga homines, & contemtâ Deorum religione, injurius erga Numen, obſtrinxiſſet, ocius ſerius ad vindictam ſui eſſe proceſſuram; cujus vindictae haud dubia jam erant auſpicia, amiſſis bonis paupertas, vita ege-

egena & misera in solo alieno, sacra interdicta, templa Deorum occlusa, negata fori, tecti, mensae ab omnibus communio, denique animus horrore percussus, Furiae pectus exagitantes, nulla quies, *post equitem sedens atra cura.* Et profecto, an ullum est supplicium, quod vitae tam aerumnosae ab eo non praeferatur, qui Deum esse haud negaverit? Illud erat, quod aiebat Demosthenes, εἰς ἴσον εἶχε καλῶς. —— Quamdiu reus perjurium non cumulaverat perjurio, & post primam orationem secundum nondum praestiterat sacramentum, ἦ μὴν ἀληθῆ ἀπολελογῆσθαι καὶ δικαίως, poterant judices miseri fortunam adlevare, Diis & piaculi & prioris perjurii vindictam relinquentes. At vero si fugae, tum etiam liberae, alterum jusjurandum, idque falsum, praetulisset, atque praefracto sic animo, & fronte nullâ, contemtui Deorum spretam addidisset Tribunalis reverentiam, tum demum reo etiam nolenti judicium & poenam exspectanda arbitrabantur. Admirabili simplicitate DEMOSTHENES, — illâ, inquam, simplicitate, quae firmissimae constantissimaeque apud Athenienses de *Vindice Deo* opinionis testis est, *contra Aristocr.* pag. 413. §. 107. " Quod „ si falsa dixisse arguatur, perjurium istud defe- „ rens in caput liberorum & posterorum, nihil

„ am-


„ amplius, quodcunque fuerit, inde experie-
„ tur mali;" ἀλλ᾽ ἐὰν ἐξελεγχθῇ μὴ λέγων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμενος τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ, καὶ τῷ γένει, πλέον οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἕξει. — Sed quantum illud erat, ultimam perniciem, exquisitissimis diris, in suum liberorumque, totiusque progeniei, caput derivasse? Certe, qui in legendis Oratoribus Atticis haud plane hospes est, novit is, quibus illi coloribus *Vindictam*, quae sceleſtos a tergo, clauda licet & saepius tarda, certa tamen & dira insequitur, depinxerint, ruinas, interitus, naufragia, non sceleſti tantum & piacularis hominis, sed omnium, qui cum illo in eâdem fuerant aede, domo, vel navi. Legantur quae habet saepius laudatus ANTIPHON *de caede Herodis* pag. 139. 5. & quae in impium Andocidem LYSIAS pag. 113. Ed. *Tayl.* " Deus illum mari salvum Athenas re-
„ duxit, ut ad sua ipse luenda peccata illuc
„ delatus, meo ad judices indicio, poenas pen-
„ dat. Equidem spero profecto, ipsum poenas
„ esse daturum: Atque iſtud minime mirum
„ accidat: Neque enim Deus ſtatim & extem-
„ plo in sceleſtos animadvertit: Ea eſt humanae
„ juſtitiae ratio: Sed saepius ego, quid ejus rei
„ sit, variis indiciis colligere & conjecturam
„ capere potui, videns alios, qui impii religio-

„ nem

„ nem Deorum violaverant, tandem interjecto
„ tempore poenas dantes, quin & ipsos, qui ex
„ illis orti erant, propter majorum offensas.
„ Interim, atque per istud intervallum, multos
„ terrores pluraque pericula injustis ac nefariis
„ immittit Deus; sic ut plures eorum jam desi-
„ derarent mortem, malorum miseriarumque sua-
„ rum medelam; finemque tandem adflictae,
„ illatis calamitatibus, vitae interitum Deus im-
„ posuerit:" ὁ δὲ Θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα, ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει, δῴη δίκην. ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν καὶ δώσειν δίκην. θαυμάσιον δὲ οὐδὲν ἄν μοι γένοιτο. οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς παραχρῆμα κολάζει· ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη. πολλαχόθεν δὲ ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων, διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ δέη πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ Θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσιν· ὥστε πολλοὺς ἤδη ἐπιθυμῆσαι τελευτήσαντας τῶν κακῶν ἀπηλλάχθαι. ὁ δὲ Θεὸς τέλος τούτῳ λυμηνάμενος τῷ βίῳ θάνατον ἐπέθηκε.

Atque ista erant, quae, de pluribus delibata, jamjam dicenda habebamus, ut constaret, quantum in Republicâ & Foro Athenarum valuerit persuasio de *Ultione Divinâ*, *vindicibusque violatae Religionis & commissi perjurii Diis*; quae per-

persuasio fons etiam fuit & origo veteris Juris Romani, secundum quod nulla omnino erat perjurii, qua talis, poena, quippe ὐδεὶς κατὰ τῦ Θεῦ ὀμόσας κινδυνεύει, ἱκανὸς δὲ ὁ ὅρκος ἔχειν τιμωρὸν τὸ Θεῖον, ut pulchre ait CONSTANTINUS HARMENOPULUS *Prochiri* Lib. I. Tit. 7. §. 18. cujus verba habet eâ de re CUJACIUS *Obs.* Lib. II. Cap. 19. neque perjurium Romae Legibus coercitum, nisi quando sub Imperatoribus cum ipsâ Libertate frons de rebus & candida virtus periisse videbantur. Apud antiquos Graecos Romanosque stabat *Ultionis Divinae* non concussa fides, *quod nobis quidem nunc mirabile videtur* (CICERONIS verbis utimur *de Off.* Lib. III. Cap. 31. cum quo jung. GELLIUS *N. A.* Lib. VII. Cap. 17.) *illis quidem temporibus aliter fieri non potuit. — Nullum enim vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. —* Et hac quoque parte veteres istos Graecos Romanosque propius cognovisse, quam nostris jam moribus & nostrâ aetate fieri solet, suam forte haberet utilitatem. — Sed de illâ quidem neglectarum Litterarum querelâ, uti scriptum est olim, *silere praestat quam pauca dicere!*



THE-

THESES ADNEXAE.

I.

Uti Litterae humaniores, ſeverâ Lege cultae, ingenium ad omnem doctrinam & elegantiam informant, ſic ſtudii, quod legendis Scriptoribus Graecis Latinisque impenditur, ea maxime vis eſt, ut pectora roboret, *animumque ingenuo juſtae moderataeque Libertatis amore incendat.*

I I.

Roma magnam partem a Colonis Graecis condita eſt; & tota Reip. Romanae ratio ad normam civitatium Graecarum compoſita fuiſſe videtur.

I I I.

Juris adeo Civilis Romani inſignis quoque pars origine Graeca eſt: Et, quae e. gr. de Jure adoptionis, tutelae, ſubſtitutionis pupillaris, teſtamentorum, *in Legibus Romanis traduntur, vel quae in Foro Romano in uſu erant ſacramenta, actionum formulae & libelli, exceptiones, aliaque,*

eorum omnium vestigia, aut potius exemplaria, apud Oratores Atticos, ISAEUM *praesertim, reperiuntur.*

I V.

Quam Ampl. BYNKERSHOEK Obs. Jur. Rom. *Lib. I. Cap.* 16. *proposuit, emendatio in* L. 4. π. de Coll. & Corp. φράτορες ἱερῶν ὀργίων, *illa sermoni Attico ipsiusque Antiquitatis Atticae rationi adeo est contraria, ut vexatissimi loci pejor nulla facta videatur; neque minus male* BYNKERSHOEKIUS *vitiosum* ναῦται *defendere conatur, probante licet Cl.* WESSELINGIO ad PETITI Leges Atticas *Lib. V. Tit.* 7. *pag.* 524. GROTIUM *proxime vero* σύμμυσται, DES. HERALDUM *vere* μύσται *legisse arbitramur.*

V.

Socratem Juventutis non fuisse corruptorem, & quae de Genio dicebat suo, ex animi sententiâ professum esse, optimo jure defendit Xenophon.

V I.

VI.

Resp. Attica ab initio, ne sub primis quidem Archontibus annuis, ex omni parte fuit Democratica. Formam regiminis popularem fundavit Solon, intendit Clisthenes, ad fastigium evexit Pericles, ab eo fastigio mox in praeceps ruituram.

VII.

Alexander Macedo vere fuit Latro gentium; *nec* Magni *cognomen habuit, nisi a facinorum audaciâ.*

VIII.

Neque multo meliori jure Magnum *Pompejum dixerunt Romani.*

IX.

Philippus, Dux Burgundiae, Comes Hollandiae, magis ab adulatione quam ex vero Boni *cognomen habuit, si nemo bonus est nisi* juris cultor & aequi.

X.

Inter justissimas Belli caussas, quo Libertatem Patriae vindicarunt Majores nostri, violatio fuit Pacti, quod Margaretae Praefectae nomine die 24. *Augusti anni* 1566. *initum fuerat cum Delegatis Foederatorum Nobilium, ut cessaret* Inquisitio, *& quae gesta ad id tempus erant, nemini nocerent.*

